

13. N. II, 25.

h. 1, 15 =

440 X 1880 773

Joh. Theod. Fliedbach

# JUS PUBLICUM ROMANO-GERMANICUM



## MODERNUM.

Lipsiae 1689.



Herrn D. Höggern





ROMANIS-GERMANICA

BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA

MODERNUM





AUSPICE DEO

&

*Facultatis Juridicæ Lipsiensium*

*Indultu*

**JUS PUBLICUM  
ROMANO-GERMA-  
NICUM MODER-  
NUM**

IN ICONE SUA

*sub*

*PRÆSIDIO*

**DOMINI**

**D. BARTHOL. LEONHARDI  
SVENDENDÖRFFERI,**

Antecessoris Lipsiensis,

**PUBLICÆ DISQUISITIONI**

*exhibet*

**A U T O R**

**JOHANN THEODORETUS FLIESBACH,**

Gleisbergâ - Misn.

*ad diem XXV. Jul. ANNO MD LXXXIX.*

H. L. Q. C.

---

TTPIS CHRISTIANI GOEZI.



AUSGEBE  
Fünftes Juridisches Jagdgesetz  
JUS PUBLICUM  
ROMANO-GERMANICUM  
MODER-  
NUM  
IN IONIS  
P. RESIDIO  
DOMINI  
D. BARTHOLOM. LEONHARDI  
SVENDENBÖRTERI  
PUBLICE DISSENTI  
AUTOR  
JOHANNI THEODORUS FLEISBACH  
Gleisberg - Mühl.  
ad diem XXV. Jul. Anno c. DC. LXXXIX  
H. L. G. C.  
T. T. S. CHRISTIANI GOELZ.





*Illustrissimo Heroi*  
**DOMINO**

**DN. NICOLAO,**

Sacri Romani Imperii Pannerefio,

&

**LIBERO BARONI**

de

**GERSDORFF,**

Dynastæ Baruthii, Hennersdorffii, Buch-  
vvaldæ, Bretingii, Hausvvaldæ, Rackelii, Kreck-  
vvizii & Bertelsdorffii, &c.

SERENISS. AC POTENTISS. DOMINI  
**ELECTORIS SAXONICI**

in Sanctioribus Statûs Consiliis  
**PRÆSIDI SUPREMO,**

nec non

**PROTO-CAMERARIO,**

*Domino meo Gratosissimo.*



Imperialis  
D. N. MICHAELIS  
Sacerdotis  
MAGISTRO  
SER. GER. S. D. BORRORON  
Dyabellu  
vvalda, Brelingii, L. hawvalda, R. ackel, K. r. r.  
Saxoniae ac Borussiae  
ELECTORIS SAXONIAE  
in Saxoniae status  
PRESIDI SUPREMO,  
Proto-Camerario,  
Domino suo Gratissimo.





*Generosissimo & Excellentissimo*  
DOMINO

DN. FRIEDERICO  
ADOLPHO ab HAUG-  
WIZ,

Dynastæ in Ober- & Nieder-Lichtenau  
& Reichenbach/

SERENISS.ELECT.SAXON.

Supremo in Aulâ Mareschallo,

nec non

in Senatu Statûs secretiori, & à Rebus  
militaribus

CONSILIARIO INTIMO  
& GRAVISSIMO,

ut &

Collectarum quas vocant Steuras

SUMMO PRÆFECTO,

*Domino meo Gratosissimo.*



Gravissimus & Gravissimus  
DOMINO

ADOLPHO & HALLG  
WIK

Dynastie in Ost- & Westphalen  
& ...

SEBASTIANUS SACHSIA  
Sachsen in Ost- & Westphalen

in Generali Administratione & Rebus  
militariis

CONSILIARIO INTIMO  
& GRAVISSIMO

Collectanea per ...  
SUMMA PRACTICA

Domino meo Gravissimo





*Generosissimo & Excellentissimo*  
DOMINO

DN. HAUBOLDO

à  
MILTIZ,

DYNASTÆ in Scharffenberg &  
Kroppen,

SERENISS.ELECT.SAXON.  
CONSILIARIO INTIMO,

Supremo Circuli Misnensis Capitaneo,  
&  
Steurarum Electoralium  
PRÆSIDI,

*Domino meo Gratosissimo.*

\*\*



Generale Consilium  
DOMINO

DM. HANNOLO

MILITIA

DYMAST & in Schmalenberg &  
Kroppen

SECRETARIAT Saxon.

CONSILARIO

Supremo Circuli Militaris Capitulo

Secretarius

PRESIDI

Domino meo Gratissimo



*Generosissimo & Excellentissimo*  
DOMINO

DN. ALBRECHTO  
FRIEDERICO  
ab HÜNICKE,

in Gamig, Ferbiz & Meischa  
DYNASTÆ,

SEREN. ELECT. SAXON.  
CONSILIARIO INTIMO,

&

in Conventu Altonaviensi hætenus  
LEGATO GRAVISSIMO,

*Domino meo Gratosissimo.*



Domino meo Gratioso  
DOMINO

EDM. ALBRECHTO

FRIEDERIC

ab HINCKE

in Gumb., Fichte & Meißel

DYNAST.

GERBIL. LEGAT. RAYON

CONSILLARIO INTIMO

&

in Conventu Altonavienſiſſibus

LEGATO GRATIOSO

Domino meo Gratioso





*Reverendissimo ac Perillustri*  
**DOMINO,**

**DN. HEIN HEINRICH**  
**FLEMMINGEN,**

Ordinis Johannitici Equiti, & Com-  
mendatori in Schiefelbein,

**SERENISS. ELECT. SAXON.**

in Sanctiori Senatu, & à Rebus  
militaribus

**CONSILIARIO INTIMO,**

nec non

Expeditionis bellicæ Mareschallo Gene-  
rali, & Turmarum Equestrium  
Chiliarchæ,

*Domino meo Gratosissimo.*



Reverendissimo ac Patenti  
DOMINO

DR. HEINRICH  
FLEMMINGEN

Ordinis Johannis Episcopi & Com-  
mendatoris in Schickelberg

SERENISSIMO ELECTORIS SAXONIAE  
in Sangerhausen & R. edus  
m. m. m.

CONSILIARIO INTIMO

rec. n. n.

Expeditionis bellicae in Westphalia Gene-  
rali & Terrarum F. p. v. m. m.  
C. m. m.

Domino meo Gratiosissimo





*Per-Reverendo ac Generosissimo*  
DOMINO,

DN. JOH. ERNESTO  
à KNOCHEN,

DYNASTÆ in Elstrâ, Teichenau &  
Drochau,

POTENTISS. ELECT. SAX.  
CONSILIARIO INTIMO,  
& Proto-Synedrii Ecclesiastici  
PRÆSIDI EMINENTISSIMO,

nec non

Cathedralis Ecclesiæ Misnensis  
PRÆPOSITO,

*Domino meo Gratosissimo.*



Domino meo Grottoffano

DOMINO

BR. ROBERTO FERRETO

SENOGHERO

DYNASTIE in Elna, Teichmann &

ZINXER

POTENTISS. ELECT. SAX.

CONSTITUTO

& Pro-Synedri Fochelshel

BR. V. S. D. BARNETTSSIMO

POTENTISS. ELECT. SAX.

CONSTITUTO

Cathedralis Fochelshel

in Anno 1733

BR. ROBERTO FERRETO

Domino meo Grottoffano

Domino meo Grottoffano





*Illustrissimo Domino,*

**DN. GEORGIO LU-  
DOVICO,**

COMITI & DOMINO  
de

**ZINZENDORFF**

**& BOTTENDORFF,**

Domino Dynastiarum Carlsbach & Wa-  
sen, Venationum Austriacarum ad Empsum flu-  
vium Præfecto hæreditario,

**POTENTISS. ELECT. SAX.  
CONSILIARIO INTIMO,**

nec non

in Aulâ CÆSAR. MAJEST. pro tempore  
**LEGATO GRAVISSIMO,**

*Domino meo Gratosissimo.*

\*\*\*



Blühendes Domänen

DN. GEORGIO II.  
OTTO DOVICO, RICO.

Comiti & Domino

de

ZINZENDORF

& BOTZENDORF

Domino Dyrastium Carischi & Ws-  
sen, Venationum Aufseherin ad Pignus ha-

vim Pisco priedhies

POTENTISS. ELECT. SAX.

CONSILIARIO INTIMO,

DEC. REG.

in Aulic. Cons. Aulic. pro tempore

LEGATO GRAVISSIMO,

Domino meo Gratiosissimo

Domino meo Gratiosissimo

\*\*\*





*Perillustri DOMINO,*  
**DOMINO**  
**OTTONI HENRICO,**  
**LIB. BARONI**

à  
**FRIESEN,**

**DYNASTÆ** in Röthau, Rüben &  
Geschvitz,

**SEREN. ELECT. SAXON.**  
**CONSILIARIO INTIMO,**

&

hoc tempore in Comitibus Ratisbonensibus

**LEGATO**  
**Gravissimo,**

*Domino meo Gratosissimo.*

\*\*\* 2





DOMINO

DOMINO

OTTO HENRICO

NE LIB. BARONI

3

ERLESEN

DYNASTIA in Röhren, Ribben &

Gelchvitz

SEREN. ELECT. SAXON.

CONSILIARIO INTIMO

3

hoc tempore in Comitatu Ratisbonensibus

LEGATO

Gravissimo

Domino meo Gravissimo

\*\*\*





*Per-Reverendo ac Generosissimo*  
DOMINO,

DN. LUDOVICO ER-  
NESTO à PÖLLNIZ,

DYNASTÆ in Röpfen & Trauschen,

SERENISS.ELECT.SAXON.  
CONSILIARIO INTIMO

&

CANCELLARIO  
GRAVISSIMO,

nec non

Cathedræ Naumburgensis  
PRÆPOSITO EMINENTISSIMO,

*Domino meo Gratosissimo.*



Per Reverendissimum  
DOMINO

DR. LUDOVICO ER-  
NESTO PÖLLENZ

DYNASTIA in Kopen & Tauschen  
SERENISSIMO ELECT. SAXON.  
CONSILIARIO INTIMO

&

GRANDELLARIO  
GRAVISSIMO

RECIBO

Castro de Namburgensis  
PRAEPOSITO EMINENTISSIMO  
Domino meo Gratiosissimo.





*Nobilissimo,  
Magnifico & Consultissimo*  
DOMINO

DN. WOLF CASPAR  
MARTINI,

JCTO CELEBER RIMO,  
SERENISS.ELECT.SAXON.

in Senatu Statûs Secretiori  
CONSILIARIO INTIMO,

*Patrono meo ac Promotori maximo.*



Magistricus & Consiliarius  
DOMINO  
DR. WOLF CASPAR  
MARTINI  
JACO CLEBER RIMO,  
SERENISSIMO ELECT. SAXON.  
in Senatus studio Sectioni  
CONSILIARIO INTIMO,  
Patrono meo ac Promotori maximo.





ILLUSTRISSIMI, PER-REVEREN-  
DI, GENEROSISSIMI, EXCELLENTISSIMI,  
ATQVE MAGNIFICI DOMINI,

DOMINI, MECOENATES, PATRONI  
ET PROMOTORES GRAVISSIMI ATQVE  
MAXIMI,

**B**ateor, me diu hæsisse, an liba-  
men hoc chartaceum ad Aram  
ILLUSTRISS. & PER-RE-  
VER. VESTR. GENEROSI-  
TAT. nec non NOBILISS. MAGNIFICENT.  
deferre auderem? dum minus dubito, ni-  
hil præter animi propositum in eo reperiri  
posse, quod vel maximis Vestris Ingeniis,  
quibus inter mortales à mortalitatis vi-  
cissitudine vindicati estis, respondeat, aut  
gravitati munerum, quibus indefesso pro  
salute publicâ labore, atq; curâ magnani-  
miter, justè, summâq; cum Prudentiæ &  
inexhaustæ magnarum rerum Experien-  
tiæ laude perfungimini, inter capedinis  
A ad



ad instar satisfacere valeat. Quicquid ta-  
men sit? in iis, quæ nostras celsitudine vi-  
res excedunt rebus, interdum & voluisse  
sat est; imò nec Numini cœlesti sordent sem-  
per terrena, cujus dum Vices in his terris  
geritis, Vobis, PATRONI ILLUSTRIS-  
SIMI MAXIMI, hanc meam de Jure  
Publico Dissertationem, cui elaborandæ  
initium apud Parentes, medium Dresdæ,  
& finis tandem Lipsiæ fuit, tanquã Pieta-  
tis erga Vos Tesseram, sacram esse volui,  
debui. Accipite eam clementi & benignis-  
simo affectu, quò omnem hæcenus Mecæ-  
natem longè antevistis, meq; in simul &  
mea studia sub Præsidio GRATIÆ VE-  
STRÆ tueri haud dedignemini, oro sub-  
nixè ac rogo, dum vivo,

VESTR. ILLUSTRISS. ET PER-REVEREND.  
GENEROSITAT. ut & NOBILISS.  
MAGNIFIC.

Dab. Lips. d. 25. Jul.  
Anno 1689.

subjectissimus servus  
Joh. Theod. Fließbach.



PROOEMIUM.

§. I.



¶ Si Juris Publici Doctrinam nobis fortè in Eruditione pariter ac tempore citiores quosdam publicè scriptis tradidisse, tam experientia, quàm cotidiè obviantes Codices satis superq; testentur, ac proindè ceterioris explanationis in hâc materiâ haud videatur opus esse; Methodus tamen cum pro diversitate Authorum, quâ ejus naturam explicârunt, varia, quin imò & Juris Publici cognitio adeò sit necessaria ac utilis, ut minimè hæc Studiosos Juris effugere debeat, prout rectè monent *Sprenger in Fragment. Jur. publ. c. 1. pr. Arum. de Jur. publ. vol. 2. Disc. 12. c. 1. & 2. Schnobel in Diss. I. ad Pandect. n. 5. D. Heig. L. 1. qu. 11. n. 1.* quibus sis, junge *Daniel Kayfers Hist. Jur. part. 4. Reg. 1.* nisi ignorantia famam incurrere mavelint.

§. II. Excordes proindè haud erimus, quando rationem instituti nostri sequimur, & JUS quod audit PUBLICUM ingenio nostro indagandum proponimus, ceu objectum exactissimâ consideratione non minus ac alia dignum. Nec veremur nobis in hoc vasto Juris publici Oceano cum Eruditis experiri, nostrosq; Majores imitari vetitum esse, quippe qui



nos scribendi genere non Domini prohibentes, sed instimulantes Duces præiverunt. Quid? quod exercitationes crebræ in studiis usum insignem & emolumentum maximum præbeant, nemo nostrum cum iudicio rationis sanæ ibit inficias, sed rectè callens *καὶν ἀμφοῖν* concedet, cum præsertim labor prout noster est, exercendi se saltem, non docendi animo susceptus sit, id quod vitâ defunctus, scriptis verò nunquam moriturus Vir Benedictus Carpzovius in *Methodo de Studio Juris rectè & feliciter instituendo pag.6. Præcept.12.* asserit. Nam sicut lapidum collisione ignis, ita ex disceptationibus crebris veritas eliditur, loqui amat *Scaliger Exercit.30.*

§. III. Facile igitur veniam, quam è bonis speramus & precamur, reconciliabit nobis hæc quæcunq; sit Disputatio nostra. Quid si non placeret omnibus? Pluribus saltem & sentientibus dextrè placeat, nobis sufficiet, cum sciamus, nec doctissimorum quidem scripta politissima à cavillatione superciliosi Zoili, & ringentis Theonis tuta & intacta mansisse. Quis enim non reperit suos osiores? quibus vix carebit sanctus Jupiter. Ast ne extra orbitam vagari, & *μεταβαίνειν εἰς ἄλλα γένεα* videamur, hæc missa facimus, convertentes nos ad ipsum, quod Divinâ favente Gratiâ persequi suscepimus.

*Ex alto nostros Numen cæleste labores*

*Oro, fac faustos prosperitate tua!*



CAPUT I.

De

DEFINITIONE JURIS  
PUBLICI.

§. I.

Cum nullius planè Rei detur Definitio realis, ni prius de Nomine differentibus constet, juxta illud Philosopho-  
rum: Ἀρχὴ παιδείσεως τῶν ὀνομάτων ἐπίσκεψις. h. e. Ini-  
tium omnis doctrinæ est Inquisitio Nominum; Nos de Naturâ  
Juris publici differentes non sine Ratione præmittimus Nomen,  
qvippe qvo remoto Res ipsa cum Accidentibus perit sublata.  
*Scharff. in Manual. Logic. p. m. 3. 12.*

§. II. Proindè Jus publicum ETYMOLOGICE con-  
sideratum agnoscit binos Terminos natales, seorsim ex Ho-  
minum Instituto Rem significantes, ( ut cum Logicis loqvar )  
qvorum prior est JUSTITIA, dehinc τὸ JUS derivatur,  
& Idem ceu bonum ac Æquum denotare ab Ulpiano Celsum  
citante dicitur *L. 1. ff. de Justit. & Jur.* cui sententiæ calculum  
adjicit magni Nominis JCTUS Struvius *in Jurisprud. Roma-  
no-Germ. Lib. 1. tit. 2. aphor. 1.* JUS, inqviens, est Regula, seu ordi-  
natio & Principium à superiore præscriptum, secundum quod  
Actiones Hominum instituendæ ut sint justæ; vel secundum,  
quod Actionum Bonitas & Malitia, Æquitas & Iniquitas æsti-  
matur. Alii Jus à juvando deduci volunt, ut *Galeotus Martius  
Libr. de promiscuâ doctrin. cap. 28.* eò quod bonam Causam ad-  
juvet. Alii à jubendo devolvunt, ut *Hieron. Magius 4 Miscel-  
laneor.* quem citat *Gothofredus in notis marginal. ad Corpus  
Jur. Civ. l. 1. ff. de Just. & Jur.* Quæ posteriores Derivationes

A 3

magis



magis analogicæ, & Allegoriam sapientes, quàm satis propriæ censentur. Alter Fons cui vocabulum hoc debet originem suam, est quod dicatur τὸ PUBLICUM. Idque non solum ratione Causæ efficientis, quod nimirum publicâ Authoritate à Personis Illustribus sit conflatum; sed etiam Finis, quem tendit & respicit, quæve Utilitas publica salutatur, prout rectè moment *Arnold. Vinnius in Not. ad Instit. Imper. §. 4. de J. & J. Et Struv. cit. loc. apb. 2.* Spectat enim ad Statum Rei Romanæ. §. fin. & l. 1. §. 2. ff. de Just. & Jur. de quibus fusius infra.

§. III. Circa HOMONYMIAM sciendum est, quod vocabulum Juris publici accipiatur α) vel latè & in sensu complexo, pro Pactionibus omnium Regum & Principum in Genere, cum statibus & Proceribus suis initis. Siquidem in toto orbe Christiano nullus Rex vel Princeps est, cujus Majestatem & Authoritatem non comprimat seu circumcidat vel Jusjurandum, vel certa Pactio. *Arum. de Jur. Publ. vol. 2. Disc. 10. th. 19. lit. e.* Quamvis Johannes Bodinus (per Anagramma Andius sine bono appellatus à Cujacio. *Vid. Henric. Gunth. Thülemary Octovirat. c. 1. §. 27. p. m. 9.*) Gallus Natione in Tractatu de Republ. Galliæ Regem ab omni Juris vinculo & Legum restrictione non sine magnâ Adulatione eximat. Vel adhibetur β) strictè & in specie pro hujus vel illius Regni Sanctione Pragmaticâ & Lege fundamentali. Uti etenim in diversis Locis vigent varia Jura privata, eodem ferè modo Regnorum quodlibet utitur peculiari suo Jure publico. Dania habet Waldemarianum à Rege suo Waldemaro compositum. Apud Gallos floret Lex Salica & Codex Henrici IV. Anglia gaudet Jure Normannico, iisque quæ traduntur à Davide Jenkinsio in Libello cui Titulus, Lex terræ. Polonorum Jus publicum continetur Decretis Comitiorum, de quibus videndus Martinus Cromerus in Tractatu de Origine & Rebus Polonorum, & Paulus Piasecius in Chronic. quibus



quibus jungi possunt Simonis Starovolzii Polonia à Conringio edita, & Joh. Theodori Sprengeri Polonia nova & antiqva. Svecorum peti potest ex *Rönigs-Balcer* sic dicto volumine Juris Svecici ipsorum Vernaculâ Anno 1656. Holmiæ excuso. Sic Helvetiorum Jura publica tradiderunt Stumpfius, Silmerus, aliiqve qui de Republicâ Helvetiorum scripserunt. Quos inter haud negligendus Hottingerus in *Methodo legendi Histor. Helvet.* Et Anhornius Hospinianus, quos duos manuscriptos adfervari in Bibliothecâ Sangallensi, docet Nicolaus Danckwerth in *Institutionibus Jur. publ. Anno 1683. Spira in Lucem editis. p. 6.* Tandem sumitur Jus publicum γ) strictissimè pro Legibus nostri Imperii Romano Germanici fundamentalibus Authoritate Imperatoris & unanimi Consensu Electorum cæterorumve statuum in Comitiiis universalibus Latis & promulgatis. *Daniel Kayser in Histor. Jur. part. 4. p. 86.* quæ significatio est hujus Loci.

§. IV. Et cum SYNONYMIAM huc pertinere adeoque silentio non involvendam esse censeamus, juxta hanc venit notandum Jus publicum ab aliis dici Legem & Jus Imperii. Ab aliis quoque incongruè Rationem Status salutari. *Argum. §. 67. Tit. I. Inst. Jur. Publ. Francofurti ad Viadrum Anno 1683. ab Authore anonymo (quem Dn. Rhatium ejusdem Academiae Professorem esse putant) edit.*

§. V. Absoluta Definitione Nominali nunc realem videamus necesse est, quæ Essentiam & Quiditatem Rei declarat per Genus conveniens & Differentiam specificam. Ulpianus equidem Jus publicum describit quod sit id, quod spectat ad Statum Rei Romanæ *l. 1. §. 2. ff. de Just. Et Jur.* Ubi omisso Genere transit statim ad Differentiam eamque ab Objecto & Fine desumptam, Statu sc. Rei Romanæ & ejus Conservatione. Vocabulum autem STATUS est multivariæ Acceptionis & Æ-



qvivocum adeoque suis constans Æqvivocatis; Vel enim sumitur  $\alpha$ ) pro Conditione Hominis, sic omnes Homines aut sunt Liberi aut Servi. *princ. Inst. de Jur. Personar.* Vel  $\beta$ ) pro qualitate Rei alicujus, v.g. quando dicitur hanc Rem vel in hoc præsentis suo statu debere conservari, vel ad pristinum aut aliàs meliorem reduci, Vel  $\gamma$ ) pro Persona publicâ; sic Proceres in Imperio Romano-Germanico à statuendo, quod simul de negotiis Regni & Imperii statuunt, vocari STATUS oder die Reichsstände nonnunquam legimus. *Argum. §. gaudeant Art. 8. Instrum. Pac.* Vel denique  $\delta$ ) accipitur pro habitu & Formâ Reipublicæ, sive illa sit recta, sive aberrans & corrupta. Quæ acceptio est hujus loci.

§. VI. Constabat autem Status Romanorum præsertim tunc Temporis in tribus Sectionibus, in Sacris nimirum, Sacerdotibus, & Magistratibus §. 2. d. l. D. de Justit. & Jur. sub quarum ultimâ nonnulli haud incongruè Principem, Leges, Judicia, Res Civitatis, & Dignitates intelligunt. *Juxta not. marginal. Gothofredi ad Corp. Jur. Civ. cit. l. n. o.* Quæ omnia ferè & singula fusius occurrunt in tribus ultimis Libris Codicis Justiniani, qui & alias repetitæ Prælectionis salutatur. Ibi enim extant Tituli, de Rebus Fiscis, de Jure Reipublicæ, de Reipublicæ Administratione, de Dignitatibus, Magistris Sacrorum Scriniorum, Tribunis Scholarum, Professoribus, Decanis, Privilegiis Scholarum, & innumeri alii, quos hic ordine recensere non admittit Instituti nostri Ratio; Quod verò Imperium nostrum adhuc hodiè appellitetur Romanum est Ratio, quod Imperatores primum Romæ sederint, eamque Metropolin habuerint, inde & Romanorum & Itatorum communis Patria salutabatur. *l. Roma commun. 33. ff. de manumiss.* Postea verò Imperiali sede translata Constantinopolin, & jam Viennam Austriae hoc nomen amissum non est. *vid. Daniel. Kayfers Hist. Jur. p. 86.*

§. VII.



§. VII. Nos recitatam Ulpiani Juris publici descriptionem missam facimus, cum præsertim Definiti Naturam haud exactè proponat, & per transennam saltim inumbret. Opus igitur est ut subjiciamus aliam, meo quidem judicio ad statum nostrum accommodabiliorem, ubi tamen notandum, aliam Juri publico Romano-Germano competere pro Parte Jurisprudentiæ sumpto; aliam pro legibus accepto. Priori modo Jus publicum est habitus practicus Leges de Statu Romano-Germanico latas explicans, & ad factum pro re nata applicans, ut Justitia inde resultet. Pro Legibus autem quando sumitur Jus publicum, prout nos hoc loco accipimus, commodissimè sic definiri posse censemus:

**JUS PUBLICUM ROMANO-GERMANICUM** est Jus publ. Autoritate Imperatoris, & unanimi consensu Electorum ac Statuum in Comitibus & Conventionibus Universalibus latum, ad Imperii Romano-Germanici constitutionem & conservationem directò & proximè tendens.

§. VIII. Hanc Definitionem si exactè examinemus, circa omnia & singula ejus vocabula notatu quid dignum fermè occurrit. Generis loco ponitur Jus publicum. Unde apparet, illud non uno aut duobus Titulis, sed aptà & benè disposita legum serie absolvi, in se nec nimis ampla, nec admodum concisâ.

§. IX. Leges autem iterum absolvuntur suis principiis ipsis prioribus, iisque vel remotis, ut sunt Jus Naturæ & Gentium, vel proximis, ut sunt Politica & Historica, interdum & Civilia, ex quibus præsuppositis fluunt tandem & conficiuntur leges publicæ, præsertim cum res ita requirant; Ubi tamen distingvimus inter Leges Pacti & Mandati. Hæ sunt Præceptum  
B
sum-



Summae potestatis obligans cives & subditos ad vivendum bonum; Et quoniam istud cum potestate Jurisdictionem habentis est junctum, eos saepe invitos ad voluntatem superioris adimplendam restringit. Non habent hujusmodi Leges vim in Imperatorem, qui, quoniam est Caput Imperii, juxta *Tit. 2. Auv. Bull. §. Ich Erz-Bischoff &c. ibid.* Ein weltlich Haupt/superiorem agnoscit neminem. Inde convenit huic loco distichon illud, quod aureis literis Curiae Wormatiensi inscriptum legitur:

*Astra DEO nil majus habent, nil Casare terra,  
Sic Casar terras, ut regit astra DEUS.*

Leges verò pacti sunt, quæ oriuntur ex conventionione mutuâ partium in idem consentientium de aliquo præstando, *Lauterbach in Compend. Jur. pag. m. 69.* citra tamen libertatis diminutionem. Res exemplo fit clarior: Quando duæ pluresve personæ inter se invicem de quâ re dubiè contendunt, sapius fit, ut arbitrum quærant & eligant, qui ex placito ipsarum vel ad modum Judicii sive singularem sive communem, aut omni Juris ordine neglecto, secundum æquitatem sibi visam cognoscat; Partes verò compromittunt interdum cum stipulatione personæ in ejus sententia acquiescere. Quapropter hinc inde tenentur quidem non lege mandati, sed vi voluntariæ conventionis & promissi, quo in illam rati habendam consenserunt, nemo tamen libertatem suam amisisse creditur, cum utriusque eorum, qui convenerunt de tali Judice agnoscendo, sic voluerint spontè. Obligant ejusmodi Leges Imperatorem & Regem Romanum præcipuè in Capitulationibus. Nihil tamen derogant ejus majestati, multò minus istam faciunt subjectam, uti infra patebit clarius.

§. X. DIFFERENTIA non solum à causa efficiente, sed etiam formâ, mediis objecto & fine desumpta est. Unde patet, QVALE sit Jus publicum nostrum. §. XI.



§. XI. CAUSA EFFICIENS Juris publici est Imperator cum Electoribus & Statibus. Cum igitur scientes Titulos rem ignorare haud debeamus, de horum singulis quid esse dicendum nec non opinor.

§. XII. Est itaque IMPERATOR Princeps Imperii ab Electoribus legitimè electus, ut Reipublicæ [puta Romano-Germanicæ] tanquam caput præsit. Nicol. Danckwertb. in Inst. Jur. publ. lib. I. tit. 5. pag. 39. Hinc evenit, quòd Imperium Romano-Germanicum, quamvis hæctenus ducentos quadraginta per annos & ultra jam, XV. inclytæ Domûs Austriacæ Archi-Duces habuerit Imperatores, Regesq; Romanos, quorum XII. posteriores continuâ serie & sine interruptione inde quæsi & coronati sunt. Vid. Theod. Reinking. Verjüngten Reichs-Adler Tit. 2. §. 13. pag. 27. Ordinariè non successionis linea in hæredes aut agnatos transplantetur; sed ex libera Electorum deliberatione, & deinceps factâ ab iis spontaneâ electione fiat regnantis, unde non ineptè Güntherus Poëta οὐ γὰρ πατρὸς Friderici I. Imperatoris Barbarossæ cognominati, Libr. I. Poëmatis sui, quod Ligurinum appellat, ex mente Principum Germanorum cecinit:

*Regibus est aliis potiundi Jure paterno*

*Certa fides, sceptrumq; patris novus accipit Heres*

*Nos quibus est melior libertas jure vetusto,*

*Orba suo quoties vacat inclyta Principe sedes*

*Arbitrium quodvis statuendi Regis habemus.*

Videri de his potest Henricus Güntherus Thülemarius in Octo-  
viratu suo cap. 2. §. 19. p. m. 22. Huc faciunt quoque Hexametri  
Gvil. Britonis, quibus lib. 3. Philippidos teste Marq. Frehero in  
Not. ad Petr. de Andlo lib. 2. c. 1. sic loquitur:

*Est etenim talis Dynastia Teutonicorum,*

*Ut nullus regnet super illos, nisi prius illum*

*Eligat unanimis Cleri Procerumq; Voluntas.*

§. XIII. Vices Imperatoris sustinet REX ROMANORUM,



qvi est Princeps futurus Imperator designatus, *Dan. Kayf. in Hist. Jur. p. m. 87.* cujus officium non solum dignitatis, sed etiam administrationis est, *per Procem. §. 1. Capitul. Caroli V. §. Capit. Leopold. pr. §. 1. verb. Königlichen Würden und Ampts. Linn. ad A. B. Obs. 17.* Licet aliam quam vicariam potestatem seu mandatam jurisdictionem in Imperio non exerceat, *Recess. Imp. de Anno 1555. §. und im fall Käyserl. Majestät ic.* ubi expressè Caput Imperii vicarium appellatur. *Vitriarius in Inst. Jur. publ. lib. 1. Tit. X. pag. 109. D. Habn ad Wesenb. ff. de J. §. J. n. 14. vers. quod ad sacra.* Talis vivo adhuc, imò hodiè invito Imperatore vi Capitulationis Leopold. §. 36. *verb. Mit oder ohne Consens.* quando urget Imperii necessitas, cui Imperator vel ob ingruentem senectutem aut alia impedimenta amplius præesse nequit, eligi potest. *Matth. Steph. de Jurisd. Imp. Rom. l. 2. p. 1. c. 2. Goldast. Tom. I. Constit. Imp.*

§. XIV. Est tamen essentialis quædam differentia inter Imperatorem & Regem Romanum, propterea quod præter ea, quæ præcedente §. diximus, Rex Romanorum appellitet Imperatorem Dominum suum; item imperatoriam Majestatem, quod nunquam fit reciprocè. Imò potest ille committere crimen læsæ majestatis in Imperatorem, quod non committit Imperator in Regem Romanum. Sic in Insigniis Romani Regis simplex saltim conspicitur Aquila, quem Imperator duplicem gerit. *Philipp. Reinhard. Vitriar. Inst. Jur. publ. libr. 1. tit. 10. de Reg. Rom.*

§. XV. Quemadmodum autem cura Imperii cum onere Administrationis in Republicâ Romano-Germanâ incumbunt Imperatori, Regi quæ Romano sic certis uterque gaudet prærogativis, quæ alias titulo honorabili vocantur JURA MAJESTATICA, sunt quæ ex sua natura vel soli Imperatori propria; vel huic cum Electoribus & Statibus Imperii communia. *Danckwerth in Inst. Jur. publ. lib. III. tit. 1. pag. 254.* Illa dicuntur Reservata Impera-



peratoris, *Kaiserliche Reservaten und Hoheiten.* Sic exercet  
 Imperator 1. Jus primariarum precum, *Art. V. Instr. Pac. §. 26.*  
*verb. In quibuscunqve &c.* quod est potestas, cujus vi Imperator  
 benè meritis vel aliis personis idoneis super beneficio ecclesia-  
 stico primum vacaturo prospicit. *Monsieur Heifs. dans la secon-*  
*de Partie de son Histoire de l' Empire. Liv. 4. chap. 3. pag. 25. qvi*  
*Liber Anno 1685. Haga impressus est.* 2. Confert dignitates, cre-  
 atq; Reges, ut monstrant exempla Ottonis III. & Henrici IV.  
 quorum prior Boleslao Acri Poloniae Principi; Posterior ve-  
 rò Duci Bohemiae Uratislao ex Sententia Concilii Moguntiae  
 Anno 1087. Regis titulum concessit, *Peucer. Lib. 4. Chron. Du-*  
*brav. lib. 7. fol. 59.* Et quamvis ejusmodi Reges pro talibus sal-  
 tim nomine habeantur, cujus ratio est, quòd veri Reges præte-  
 Deum neminem agnoscant superiorem, unde videtur Gallis  
 natum esse Proverbium: *Pape par voix, Roy par nature,*  
*Empereur par force,* i. e. Papa per vota, Rex per naturam,  
 Imperator per fortitudinem; taceo quòd Imperatoria maje-  
 stas se non extendat ultra limites & fines Imperii, cujus vasallis  
 conferre dignitatem Regiam præjudicio esset tam Regiae digni-  
 tati, quæ obfuscaretur in personis obtemperantibus suo Domi-  
 no, quod Regem haud decet; quàm ipsi Majestati imperatoriae,  
 cujus reverentia & authoritas conferendo subditis tantum præ-  
 eminentiæ decus sensim devilesceret. Possè tamen Imperato-  
 rem creare Archi-Duces, Duces, Marchiones, Landgravios,  
 Principes, Comites, Barones, Nobiles, Comites Palatinos, Ta-  
 belliones, eosq; verè tales, experientia nemini negare permit-  
 tit. 3. Confirmat pacta & confraternitates Principum, ut &  
 adoptiones & emancipationes. 4. Dat veniam ætatis. 5. Le-  
 gitimat filios naturales & spurios vel ipse immediatè, vel media-  
 tè per eos, quibus ex singulari gratiâ potestatem legitimandi  
 concedit, quales sunt Comites Palatini, die Reichs-Hof-Grafen/



alias Comites Sacri Palatii Lateranensis dicti. 6. Concedit Jus Academias erigendi, easque solus confirmat, cujus vestigium extat in *Art. 10. §. 13. Instrum. Pac.* 7. Tribuit Jus nundinarum & Mercatum solennium cum securitate. *Vid. Recess. Imper. de Anno 1530. & 1566. Besold. c. 7. §. 6. vers. von dem Jahrmarekts-Schuss.* 8. Dat Rescripta moratoria, Anstands-Eiserne Briefe / ( Gallis Lettres de repy ) quibus prospicit debitoribus ex damno fatali, Bello, incendio, furto, aut hujus generis alio casu ad Inopiam redactis, ne à Creditoribus intra certum tempus propter debita contracta inquietari debeant. *Reform. polit. de Anno 1548. Tit. von verdorbenen Kauffleuten.* 9. Citat Imperii subditos mediatos in civitatibus Imperii sine subsidio, quo tamen utitur in Territoriis Principum. *Reinking. de Regim. sec. & Eccles. lib. 1. & 5. cap. 7. num. 46.* 10. Dat Privilegia, quatenus ista non præjudicant Privilegiis Statuum. 11. Confert Feuda Imperii ad Arbitrium suum liberè, quæ reditus habent infra Civitatem mediocrem; secus de plurimorum redituum feudis, quæ cum consensu Electorum demum conferre, aut Imperio incorporare tenetur. *§. 3. Capit. Leopold.* 12. Instituit Postas Imperii generales. *§. 35. d. Capit.* 13. Ordinat Magistratus, die Reichs-Hof- und Kriegs-Memter. *§. 4. ibid.* 14. Transit liberè per Territoria Statuum, licet per modum Civilitatis indicare prius solet, cujus Territorium transire velit. *Dn. Ratbius in Instit. Jur. publ. Lib. 1. Tit. 4. pag. 180.* 15. Infames & bannitos Imperii restituit famæ & revocat. 16. Concedit assyla & securitatem; remittitque pœnas propter Crimina dictatas. *Heiff. Lib. cit. p. 25.* Tandemque 17. Exercet Jus Vitæ & Necis in cives Imperii, si quid flagitiosè committunt, à quo tamen eximuntur Imperii Principes, quorum personæ inviolabiles esse debent. Idque Generis alia. Et quamvis Imperii status interdum quid simile possint præstare, v.g. Legitimare spurios, & Nobiles creare, in



eo tamen differunt hæc, quæ sunt Jura statuum, ut ab istis sal-  
tim per modum Privilegii aut Juris territorialis, non verò Jure  
Majestatis exerceantur, & tali modo per Statum aliquem creati  
vix extra Territorium ejus valeant.

§. XVI. JURA MAJESTATIS communia Imperatori  
cum statibus vel sunt communicata cum Electoribus tantum  
vel cum omnibus Imperii statibus. Communia cum Electro-  
ribus tantum sunt 1) Jus convocandi Comitatus, quod Impera-  
tor quidem habet, sed ita ut consensum Electorum requirat.  
*Art. 30. Capit. Leopold.* 2) Jus concedendi Expectantias super  
Feudis Imperii vacaturis *Art. 30. d. Capit.* 3) Prospiciendi de  
vacantibus Electoratibus, quod Imperatori juxta §. 3. c. 7. *Aur.*  
*Bull.* soli quondam, hodiè verò cum consensu Electorum com-  
petit §. 44. *dict. Capit. verb. dem Fürstlichen Collegio nicht auff-*  
*dringen.* 4) Jus Stapulæ non nisi cum Electorum consensu  
concedit Imperator §. 21. *cit. Cap.* Est autem STAPULA juxta  
opinionem quorundam à Germanico vocabulo *Staffel* / di-  
cta, Forum seu locus publicus in urbe designatus, quo Impera-  
toris Privilegio merces exoticæ exonerandæ, & venum expo-  
nendæ sunt, antequam alio divehantur. *Danckwert. in Inst. Jur.*  
*publ. p. m. 277.* Ejusmodi stapulæ sunt Colonia Agrippinæ,  
Ratisbonæ, Bremæ, Hamburgi, Lipsiæ, & alibi. 5) Si Impe-  
rator aliquem ex Imperii Statibus in Bannum declarare vult, id  
non efficit, nisi Collegium Electorale consentiat, sine cujus as-  
sensu ne quidem in notorius Banni declaratio procedit. §. 28. *Ca-*  
*pit. Leopold.* Unde verba Heisii in Libro suo *L'Histoire de L'Em-*  
*pire Part. II. pag. 30:* *Le Consentement des Electeurs est*  
*ausfi necessaire, quand L'Empereur a à mettre quel-*  
*que Prince & Etat immediat ou autres Rebelles qui*  
*troublent le-repos public, au ban de L'Empire; en*

CON-



*confisquer les biens & Etats, & le priver de sa se-  
ance, & de sa voix dans les Dietes.* h. e. Consensus  
Electorum est quoque necessarius, quando Imperator Princi-  
pem aut statum immediatum aliosq; Rebelles qui turbant quie-  
tem publicam, in Imperii Bannum decernere, bona confisca-  
re, eumque a sessione & voto Comitiali excludere vult. 6) Si-  
ne Consensu Electorum Vectigalia nova nec conceduntur ab  
Imperatore, nec vetera augentur, nisi quidam ante Consensum  
Electorum per Capitulationem introductum Vectigalia vel  
possederint, vel privilegio de augendis istis gaudeant. §. 21. *Ca-  
pit. Leop. Ibi hac verba:* Doch soll denjenigen Privilegien/welche  
Churfürsten/ Fürsten und Stände des Reichs / sammt der Ge-  
freyten Reichs-Ritterschafft / von weyland denen vorgewesenen  
Röm. Königen/ oder Kaysern zur Zeit/da der Churfürsten Con-  
sens per Pacta & Capitulationes noch nicht so eingeführet oder  
nöthig gewesen/ rechtmäßig erlanget / oder sonst ruhiglich her-  
bracht/ hierdurch nichts präjudiciret/ oder benommen / sondern  
von Uns/ auff gebührendes Ansuchen / vermöge und in Krafft  
des obgesetzten dritten Articuls confirmiret / und die Stände  
dabey ohne Eintrag männiglich gelassen werden.

§. XVII. Jura communia Imperatori cum omnibus Impe-  
rii Statibus præcipuè ista sunt, quæ non nisi in Comitibus exer-  
centur. *Danckwertb. cit. Libr. pag. 297.* Singula verò & ferè o-  
mnia recensentur in Instrumento Pacis Svecicæ *Art. 8. §. 2.* his  
quidem verbis: Gaudeant (STATUS) sine Contradictione  
Jure Suffragii in omnibus deliberationibus super negotiis Im-  
perii, præsertim ubi leges ferendæ vel interpretandæ, bellum  
decernendum, Tributa indicenda, delectus aut hospitationes  
militum instituendæ, nova munimenta intra Statuum ditiones  
extruenda nomine publico veterave firmanda præsidiiis, nec  
non



non ubi pax aut foedera facienda, aliave ejusmodi Negotia peragenda fuerint, nihil horum aut quicquam simile posthac unquam fiat, vel admittatur, nisi de Comitiali Liberoque omnium Imperii statuum suffragio & consensu. &c. Pertinet huc Reformatio Religionis ad quam suscipiendam communis statuum assensus haud immerito requiritur. Sic Tribunalium Imperii abolitio aut translatio in alium locum, non fieri potest nisi consentiant Statūs iūque omnes. Pari modo Jus instituendi ferias generales & emendatio Calendarii Imperatori non soli, sed cum eo omnibus Imperii Statibus demum convenit, adeoque Protestantibus invitis Calendarium Gregorianum obtrudi haud poterat.

§. XVIII. Tandem disquiratur in modos, quibus Imperator talis esse desinat? quorum praeter mortem quæ est omnium ultima linea rerum (ut vulgò dicimus) & Resignationem, quibus alii annumerant Depositionem, nulli teperiuntur amplius. Et quamquam justæ resignationis Causæ Legibus definitæ non sint, inter eas tamen ingravescentem senectutem referri veri simile est, idque testatur historia Resignationis Caroli V. *vid. Philipp. Reinhard. Vitriar. Instit. Jur. publ. lib. 1. tit. 9. §. 2. p. m. 101.* Quantum verò ad Depositionem, si eveniret ut Imperator injustis bellis ac persecutionibus ordines infestare pergeret, causaque esset adeò desperata, ut nec saluti Reipublicæ aliud, nisi mutatâ Imperatoris personâ, remedium applicari queat, imò Imperator nullâ admonitione se corrigere vellet, (quod facile à nullo speratur) ad depositionem demum ceu remedium extremum refugiendum esse censent Dietericus *in Aur. Bull. pag. 44. Vitriar. cit. libr. pag. 102.* ita quidem ut toti Electorum Collegio desuper judicandi potestas relinquatur; meritò enim, quia facultas Imperatorem eligendi ad omnes Electores spectat, illis etiam cunctis ejus Depositio competit. *arg. l. nihil tam naturale*



*rale ff. de Reg. Jur.* prout apparet ex sententia exauctorationis Wenceslai Imperatoris Anno 1400. die 20. Augusti sub Castro Lohenstein ad Rhenum Trevirensis diœceseos factâ, cujus Copiam exhibet *Thülemar. in octoviratus cap. 1. 8. §. 30. pag. m. 253.* Consultius tamen esse existimamus in tali casu Regem Romanum eligere cui Imperii Gubernacula concedi possint; boni enim Civis est tolerare præsentem statum etiamsi pessimum.

§. XIX. Imperatori Regique Romanorum proximi sunt, ELECTORES qui describuntur Principes Imperii officiales Ecclesiastici & Seculares Lege Imperii constituti, ut Imperio Imperatore destituto, Regem Romanum in Imperatorem promovendum ritè eligant, eumque Imperio præficient. *Aur. Bull. c. 1. 2. & 4. Danckvverth. cit. Lib. Tit. XI. pag. 129.* Horum ex Dispositione Aureæ Bullæ erant septem, adeoque per Synonymiam SEPTENVIRI dicti, qui summa in Imperio administrabant officia; inde inquit Nicolaus Reusnerus *in Descript. Urb. Imper. pag. 13.*

*Septem clara viris fulget Germania magna*

*Quos penes Arbitrium Cæsaris omne manet*

*Poma Palatinus Dapifer gerit aurea Princeps.*

*Dux gladios Equitum Saxo Magister habet.*

*Marchio fert Sceptrum Camerarius; Inde Bohemus*

*Rex Pincerna manu pocula digna tenet*

*Præsul Agrippinus fert signa per Itala regna,*

*Teutona Mogiacus; Gallica Trevir amat.*

Hodiè vigore Instrumenti Pacis *Art. 4. §. 5.* accessit Octavus qui postea in Comitibus Ratisbonensibus Anno 1654. ab omnibus Imperii statibus confirmatus est. Nam Ferdinandus II. Imperator Fridericum V. Palatinum Electorali Dignitate exutum proscripserat, ejusque Electoratum Duci Baviaræ certis Legibus contulerat, *Latbus in Histor. univers. Cap. 32.* Postea  
verò



verò factâ pace Cæsareo-Svecicâ, in quam recipiebatur Palatinus, cum ratio deesset, cur ejiceretur Bavarus, id quod sine turbatione novæ Pacis vix accidisset, Jus collatum Bavaro remansit, Instituto Electoratu octavo in Palatinum translato, qui numerus hodiernum ita viget, ut sint tres Ecclesiastici & Archiepiscopi, Moguntinus scil. Hodiernus Eminentissimus & Reverendissimus Princeps Dn. ANSHELMUS FRANCISCUS FREDERICUS ab Ingelheim, electus Anno 1679. d. 28. Octobr. styli vet. Trevirensis, nunc Eminentissimus & Reverendissimus Do. JOHANN. HUGO ab Orsbeck, electus Anno 1676. & Coloniensis, jam Eminentissimus & Serenissimus Princeps, JOSEPH CLEMENS, Dux Baviaræ, electus Anno 1688. ægrè ferente Cardinale Fürstembergîo, qui hunc Electoratum strenuè, frustra tamen affectabat. Quibus accedunt quinque seculares, nempe Rex Bohemiæ Romani Imperii Archi-Pincerna, qui non tenetur coronam Regalem gestare quando ministrat. *Aur. Bull. cap. 4. §. 4.* Hodiernus idem est, qui Imperator, Invictissimus & Augustissimus Princeps Dn. LEOPOLDUS IGNATIUS &c. natus anno 1640. d. 30. Maji styl. vet. Hic ad Patris sui Ferdinandi III. jussum suscepit regni istius Coronam anno 1656. *Thulemar. in octavir. cap. 14. §. 40. pag. 180.* Dux Baviaræ, Archi-Dapifer, qui in *Aur. Bull. c. 27.* etiam appellatur Magister coquinæ sive coqvorum, hodiè est Potentissimus Princeps Dn. MAXIMILIANUS EMANUEL, natus Anno 1662. d. II. Julii, qui Patri Ferdinando Mariæ in Electoratu 1679. successit. Dux Saxoniarum Archi-Marschallus, S. R. I. adeoque Patronus & Protector Buccinatorum (der Trompeter) Germanorum, ceu patet ex Confirmatione Ferdinandi II. Imperatoris de dato Regenspurg d. 27. Febr. 1623. über die XIII. Puncten / welcher sich die Feld-Trompeter wegen der Lehr-Jungen verglichen. vid. *Thulemar. cit. loc. pag. 202.* Sustinet hanc dignitatem, longè Potentissimus



& Serenissimus Princeps DN. JOHANN. GEORG. III. natus anno 1647. d. 20. Junii, qui Serenissimo Patri anno 1680. die 22. August. styl. vet. mortuo successit; Princeps Ingeniosissimus & Rei militaris exercitatisimus Achilles, cujus judicii integritas & heroica virtus ad stuporem usque demiranda. Succedit porro Marchio Brandenburgicus, Imperii Archi-Camerarius, cujus locum praesenti die supplet Potentissimus & Serenissimus Princeps DN. FRIDERICUS, natus d. 1. Julii Anno 1657. qui post magni Patris obitum An. 1688. Electoratûs sui Gubernaculum subiit. Tandemq; sequitur Palatinus Rheni, hodiernus Potentissimus & Serenissimus Princeps, DN. PHILIPP. WILHELM. Imperii Archi-Thesaurarius, nat. d.  $\frac{15}{25}$  Novembr. anno 1615. qui Carolo sine Haeredibus masculis defuncto anno 1685. successit. Obiter hic notandum venit, quod, si Linea Domûs Bavaricae Gvilhelmiana Masculis haeredibus prorsus defecisset, superstite Palatinâ, Ejus dignitas Electoralis cum pertinentibus suis redisset ad Palatinatum, extincto prorsus Electoratu octavo. *Instr. Pac. Art. 4. §. 9.* Non verò vice versâ, prout testatur praesentis diei historia.

§. XX. Praedicti tres Electores ecclesiastici sunt Imperii Archi-Cancellarii. Moguntinus per Germaniam, *A. B. c. 2. §. Ego Archi-Episcopus & c.* Trevirensis per Galliam & regnum Arelatense, *A. B. c. 1. §. item Archi-Episcopum Trevir.* Coloniensis per Italiam, *Aur. Bull. c. 1.* vel trans Alpes, i. e. regnum Longobardicum & reliquias veteris Imperii Romani. Nam quia Imperatores nostri antiquitus habebant tria Regna ista jam nominata, etiam tres Archi-Cancellarios constituerunt; verum quia isti diu haecenus Italiâ abstinerunt, imò regnum Arelatense à Gallis occupatum tenetur, ac per consequens, utrumque hunc Electorem Archi-Cancellariatus officium non exercuisse historiae testantur, praeter Moguntinum hodiè vix superesse Archi-Cancellariû Imperii asserimus, nisi concedendum esset per ob-

fer-



servantiam, Archi-Cancellarii nomen hodiè in perpetuam dignitatis appellationem, titulumq; Ecclesiasticis annexum abiisse, ita ut præter tres recitatos Electores nemini in Imperio nostro assignetur amplius.

§. XXI. Ex secularibus Dominis Electoribus quilibet habet suum in Imperio subofficiarium qui subofficium ab Electore suo Principali in Feudum recipit. Ipsi verò Electores Archi-Officia sua in feudum recipiunt ab Imperatore *Dn. Rhat. in Inst. Jur. publ. Lib. 1. tit. 4. pag. m. 169.* Rex itaque Bohemiæ Sub-Officiarium habet Vice-Pincernam de Limpurg. *Thulemar. octav. cap. 14. §. 39. pag. 180.* Bavarus Dominum de Waldburg, & Zeil / des Hell. Röm. Reichs Erb-Truchseß. Elector Saxonniæ Comitem de Pappenheim. *Aur. Bull. c. 27. §. 3.* Brandenburgicus per *Aur. Bull.* Comitem de Falckenstein; hodiè de Hohenzolleren. Palatinus Comitem de Sinzendorff. *Instr. Pac. art. 4.* Habent porrò præter jam dicta Imperii Archi-Officia Domini Electores adhuc alia Episcopo Bambergensi præstanda, instituta ab Imperatore HENRICO II. in gratiam Cunigundæ Episcopi, quorum ratione singuli suos Bambergæ habent Subofficiarios, à Subofficiariis Imperii planè diversos, quos videre licet apud Danckvverth. *in Instit. Jur. publ. p. 142.* & apud *Dn. Rhatium cit. l. 1. Tit. IV. §. 46. & seqq.*

§. XXII. Quoniam verò Electores præcipua sunt Imperii membra, prout vocantur in Aurea Bulla, & Capitulationibus Casareis, præsertim *in Capit. Leopold. Art. 46. verb: Unsere innerste Glieder und Haupt-Seulen des Reichs.* Ita quoq; præcæteris Imperii Statibus habent varias prærogativas. 1) Soli eligunt Imperatorem & Regem Romanum, & præcedunt omnibus Imperii Principibus, adeoque 2) habent curiam separatam in Comitibus Imperii, einen besondern Churfürsten-Rath. *§. 36. Capit. Leopold.* sibiq; ipsis in Electione Romani Regis vo-



tum dare possunt, 3) Præscribunt soli Capitulationem quamvis istud ipsis à cæteris Imperii Statibus in dubium sæpè vocatum esset, obtinuerunt tamen hæctenus. 4) Cum Regibus comparantur in Aur. Bull. *Freinsheim. Diatr. 3. de Elector. & Cardinal. precedent.* unde verba Lutheri in den Tisch-Neden/ Cap. 38. Die Churfürsten schreiben den Königen Euer Liebden / und nicht Euer Gnaden / denn sie sind Königen gleich geachtet. Iisqve tanta Authoritas tantusqve honor est, ut, si contra singulos eorum conspirarent Imperii Subditi, censeantur Crimen Læsæ Majestatis committere, Ratio est quod ipsi partes sint corporis Imperatoris juxta A.B. *Cap. 24. pr.* adeoque nec Imperatores ipsi ab antiquis temporibus in hunc usque diem verentur eos appellare Ihre lieben Oheimen und Neven. *Tbulemar. in Octovirat. cap. 8. §. 12. pag. m. 113.* Et quamvis subditi statuum Imperii etiam dicantur committere Crimen Majestatis læsæ contra suos Principes ( tantum enim valet Princeps in suo territorio quantum Imperator in Imperio ) non tamen subditi Imperii immediati intuitu eorum sicut ratione Electorum hoc crimen incurrunt. *Dn. Rethius ad Jus publ. pag. 197.* 5.) Gaudent Electores Privilegio de non appellando per Aur. Bullam, de quo remiserant eorum aliqui, verum iis novissimè renovatum legitur. vid. *Jacob. Blum. ad Processum Cameralem. Tit. 47. Tab. 1.* 6) Pro Investituris Feudorum Electoralium & Privilegiis confirmandis nihil exsolvunt Regi Romanorum & Cancellariæ ejus. 7) Habent vigore Electoratûs certam urbem Electoralem, eine gewisse Chur-Stadt / excepto unico Bavaro, cui nomine der Chur-Stadt in Legibus publicis nulla assignata legitur. Sic Bohemus Pragam, Saxo Wittebergam, Brandenburgicus juxta Goldasti sententiam Custrinum, vel ut alii volunt Brandeburgum, Palatinus Heidelbergam, urbem Electoralem agnoscit. 8) Electoratus non posse dividi Lege publi-



publica cautum est. *Aur. Bull. cap. 25. 1.* 9) Subditi Electorum habent Privilegium de non evocando. *Aur. Bull. cap. 11. §. 2.* Excipiuntur tamen Casus fractæ Pacis publicæ, atque de quibus vide Dietericum ad *Aur. Bull. tit. 11.* 10) In Camerâ Imperiali Jus habent Electores præsentandi duos Assessores, quot alias integri circuli possunt præsentare, ejusmodi schema insertum est Instrumento Pacis Osnabr. *Artic. V. §. 57.* 11) Iphis Jus recipiendi Judæos per *Aur. Bull. cap. 9. §. 2.* quo tunc nondum ut hodiè omnes Imperii Status perfruebantur, concessum legitur. 12) Jus monetandi ipsis pariter præ cæteris indulgebatur. *Aur. Bull. cap. 10. §. 1.* Quod tandem per Temporis successum aliis quoque statibus, vigore Superioritatis Territorialis permisum est. *Vid. Recess. Imper. de Anno 1551. & 1570. §. Alsdenn.* eâ tamen conditione, ut non eudant monetam Imperialem, *Wesenthalben im Reich gültige Reichs-Münze /* verum saltem provincialem, *Landes-Münze.* 13) Electores possunt monere Imperatorem de Comitibus habendis, cum effectu ut Imperator ad monitum istud denegare nequeat. *§. 7. Capit. Leopold.* 14) Habent Jus instituendi hodiè Comitatus Electorales. *§. 6. d. Capit.* 15) Possunt deliberare in Comitibus particularibus de rebus & Negotiis Imperii, quod reliquis Statibus Imperii, quando per circulos conveniunt, de Rebus tantum circularibus indultum est. *d. §. 6. Capit. Leop.*

§. XXIII. Quando autem cœperit Illustrissimum Collegium Electorale non conveniunt scriptores, quorum alii originem ejus referunt ad OTTONEM III. ut Jacob Wimpfeling. *Rer. German. cap. 20.* Sleidan. *lib. 3. de quatuor Summ. Imp.* Thom. Anglicus *l. 3. de Regimine Principum. c. 19.* Johann. Paulus Windeck. *de Electoribus cap. 12. 13. 14.* Aubry *de justis prætensionibus Regis Gall. super Imperium. cap. 3.* Johann. Georg. Kieffer. *Dissert. de Elector. orig. & potest. quæst. 4.* Horum opi-



opinionem tamen sese opposuit Pater Louis Maimbourg in libro suo, quem anno 1686. Parisiis edidit sub Titulo: *Histoire de la Decadence de L'Empire après Charlemagne* livr. 2. pag. m. 102. Alii ad tempora FRIEDERICI II. cum quibus Danckverth. cit. libr. pag. 134. Iterum alii, inter quos est doctissimus Thülemarius in octoviratu suo cap. 7. §. 33. pag. 97. asserunt Electores non iurascripto, sed antiquæ & laudabili Consuetudini debere facultatem eligendi Imperatorem, provocantes ad Auream Bullam, quæ in diversis materiæ sedibus facit mentionem consuetudinis usque longævi. e. g. cap. 1. A. B. pr. juxta antiquam laudabilem consuetudinem. cap. 2. §. 5. quia de laudabili & antiqua &c. At quoniam hæc res tantò est obscurior quantò plures de eâ extant opiniones, non immeritò Historicis hanc controversiam nos relinquimus discutiendam. Hoc tamen certum est imò certissimum, Electorale Collegium esse antiquissimum, & institutum ad evitandam Anarchiam, & Interregna, quæ ex promiscua omnium Imperii Statuum Electione non rarò cum maxima Reipublicæ noxa solebant oriri.

§. XXIV. Electoribus vi Definitionis allatæ succedunt STATUS Imperii, quod non ita intelligendum, ac si Electores inter status referre non liceat, adeò quod præferantur his, atque distinctè de iis fiat mentio; sed, quamvis non negemus Illustrissimos Dominos Electores quoque dici STATUS, generaliter & in laxiori significatu hoc sumpto vocabulo, verum κατ' ἐξοχήν, & in excellentiori Gradu hic Titulus de ipsis prædicatur, cum non sint nudi status, sed simul Electores, qui ex dignitate Officii meritò cæteris Statibus in Imperio præstant, per ea, quæ de iis supra diximus.

§. XXV. Dum autem Imperii Status consideramus, tales à statuendo sic vocari, supra monuimus, & à variis variè describi, cuilibet Authores, qui Jus publicum scriptis tradiderunt legenti

genti



genti est obvium. Nos huc saltem Dn. Rhetii verba referemus, qui ita loquitur: *Status est suppositum, in Comitibus Imperii votum & sessionem certam habens regulariter Imperii bona immediata possidens, & inde onera Imperii ferens.* adde *Titel Friedrich von Heerden in der Grundveste des Heil. Röm. Reichs / Part. I. Cap. 5.* Ratio, cur Status Imperii per suppositum describatur, non deest, quia non omnis Imperii Status est Persona; Nam tali modo liberae Imperii Civitates in numerum statuum cooptatae, quarum nulla est persona, licet personis consistant, penitus excluderentur. Nemo autem hodie fit Status Imperii, nisi Imperator & Principes, qui sunt de ista Curia, in quam novus Status ponendus est, eum recipiant. *per §. 44. Capit. Leopold. & §. 197. Recept. Imp. de Anno 1654.* Quod non prius fit quam habeat bona Imperii immediata, si non feudalia, modo Allodialia, unde contribuere possit Imperio. *cit. Capit. Leopold. verb. Sie haben sich denn darzu mit Fürsten-mässigen und Gräfflichen Reichs-Güthern vorhero gnungsam qualificiret / und zu einer Standes-würdigen Steuer in einem gewissen Creiß eingelassen und verbunden.*

§. XXVI. Consistunt itaque STATUS Imperii in Principibus & Civitatibus Imperii, votum & sessionem in Comitibus scilicet habentibus; Non enim omnes Principes in Imperio sunt statim Principes Imperii, siquidem dantur Principes solâ dignitate tales, votoque aut sessione Comitiali carentes. e. g. Appanagiati, die Abgefundene Fürsten / & Princeps Silesiae, id quod valet etiam de Civitatibus. Illorum alii sunt Ecclesiastici, qui de Feudo Ecclesiastico cui praesunt legitime sunt investiti. *Aur. Bull. tit. 29. pr.* Et quidem hodie cum omnimoda Jurisdictione; fiuntque vel Electione Capituli, vel Postulatione. Alii Politici & Seculares, investiti de Feudo seculari. *vid. §. preced. qui*

D

regu-



regulariter tales constituuntur  $\alpha$ ) vel Successione Primogeniti, vel  $\beta$ ) Pacto Confraternitatis, durch die Erb-Verbrüderung / quale pactum inter se quondam iniverunt tota Domus Saxonica Electoralis & Ducalis cum Familiis Brandenburgicâ & Hasfiacâ, & postea Naumburgi sub Anno 1614. denuò renovarunt, cujus Renovationis Formula extat apud Thulemarium in *Octovirat. cap. 16. §. 27. pag. m. 204.* Vel denique  $\gamma$ ) Collatione Feudi Regalis ab Imperatore factâ. §. 3. *Cap. Leop.*

§. XXVII. Sub titulo Principum Ecclesiasticorum comprehenduntur non solum Archi-Episcopi, Episcopi, Prælati, Præpositi & Abbatissæ quædam votum & sessionem habentes in Comitibus; Verum etiam Magister Ordinis Teutonici des Reichs *Teutsch-Meister* / qui proximum in Conventibus Imperii locum capit post Archi-Episcopos, licet in Conventibus circuli Franconici, in quo Mergentheimii residet, *Cluver. Geograph. cap. 10. pag. m. 25.* post Prælatos, & Episcopos quosdam, Bambergensem sc. Wurzburgensem, & Eichstadianum sedeat. vid. *Job. Diedr. von Sülzig in not. ad Theodor. Reinkingii Reichs-Adler / pag. m. 78.* Estque Ordo Teutonicus unus ex Equestribus Imperii Ordinibus, ein Ritter-Orden des Reichs / cujus membra Equites Hierosolymitani, interdum & Mariani vocantur, à Xenodochio S. Mariæ per locupletem Germanum, qui ædificium suum ad recipiendos advenientes Religionis causâ in Xenodochium convertit, & hujus Ordinis Teutonici primus Autor extitit, Hierosolymæ ædificato, consistens in quibusdam Provinciis, suos Præfectos, quos Commendatores appellitant, habentibus; Unde tales Præfecturæ vocantur Commendaturæ, *Comptereyen.* De quibus Monsieur Heiss. dans la seconde Partie, Livr. 6. chap. 5. de son Histoire de L'Empire, ita loquitur: *Chaque Province a ses Commanderies particulieres, dont*



*dont le plus ancien des Commandeurs est dit Com-  
mandeur Provincial; mais ils sont tous ensemble  
soumis au grand maitre d'Allemagne comme à leur  
Chef, & obligés de luy rendre par devoir de L'ordre  
toute obeissance & tout respect.* i. e. Quælibet Provincia  
(Ordinis Teutonici) habet suas Commendaturas particulares,  
è quibus Commendator veterrimus dicitur Provincialis; Ve-  
rum hi omnes subsunt Magistro Ordinis Teutonici, tanquam  
Domino suo, tenenturque vi restrictionum Ordinis ad paren-  
dum ipsi, tribuendumque respectum & obedientiam. Ejusmo-  
modi ferè Equitum Ordines sunt JOHANNITICI, seu Malthe-  
sii, alias quoque Rhodii Equites dicti, qui Regem Hispaniæ agno-  
scunt protectorem, eique in signum gratitudinis quotannis mit-  
tunt falconem; Nec non in Dania Equites Ordinis Elephanti-  
ci, die Ritter des Elephanten-Ordens. In Anglia quoque re-  
periuntur similes Equitum Ordines, ut sunt Equitum Perisceli-  
dis Ordo, ( Gallis L'Ordre de la jartiere dictus ) der Ritter-Or-  
den des Hosen-Bandes / & Equitum S.S. Trinitatis, der Ritter-  
Orden der Heil. Dreyfaltigkeit alias quoque die Ritter von Bath  
genandt / qui posteriores non creantur, nisi Rex aut Regina  
Angliæ coronetur, aut Princeps Walliæ, aut Dux de Jorck in  
Anglia nascatur; Cujus rei exemplum exhibet præsentis anni  
Historia, dum ejecto Parlamenti suffragiis Rege JACOBO II.  
WILHELMUS Tertius, Urania Dux, simul cum uxore MA-  
RIA, die 21. Aprilis Rex Angliæ coronatus, sexaginta octo Equi-  
tes ejusdem Ordinis creavit, uti ex relatione hujus Coronatio-  
nis sufficienter patet.

§. XXVIII. Principes Imperii seculares sunt Archi-Du-  
ces, Duces, Principes in specie sic dicti, Comites & Barones,



quibus, quorumve Majoribus propter merita, insignesque vir-  
 tutes ab Imperatoribus ejusmodi dignitas fuit collata, quive de  
 certis Regionibus aut Provinciarum districtibus, qui Ducatus  
 Principatus, Comitatus &c. *Herzogthümer / Fürstenthümer /*  
*Gräff- und Herrschafften* appellantur, investiti, inque Colle-  
 gium Principum Imperialium cooptati sunt, in den Fürstern  
*Rath auffgenommen /* prout nuperrimè factum est Anhaltinis  
 & Rugiæ Principibus, iisque quos FERDINANDUS II. & III.  
 crearunt. *Recess. Imp. de Anno 1654. §. 197.* cumque tituli per  
 temporis successum cum Elatione in hominum animis magis  
 magisque crescerent, tandem nonnulli eorum Archi-Duces ho-  
 norati sunt, ut Archi-Duces Austriae. Antiquis temporibus Du-  
 ces salutabantur ii, qui Exercitibus militum erant praefecti, eos-  
 que ducebant, Germanicis *Herzoge / quasi ein Herr des Zugsl*  
*oder einer der ins Heer ziehet /* eratque hoc nomen officii, uti  
 ex historia Epaminondæ satis liquet. *vid. Cornel. Nep. in Epami-*  
*nond.* Sic Comites, quos à comitando dici credimus *per l. item*  
*apud Labeonem. 14. §. Comitem. §. 16. ff. de Injur.* Quondam a-  
 pud veteres fuerunt Judices provinciales, à Principe aut sum-  
 mis Magistratibus Provinciarum, quos concomitare, & juvare  
 in Administratione debebant, in Magistratus communionem  
 adoptati, ut eorum vices obirent. *l. 10. §. 5. ff. de Excusat. Tutor.*  
 Testatur id Heiderus in *Actis Lindar. fol. 282.* his verbis: Und  
 ist bey der Carolinen Regierung ein Gräffe nichts anders gewe-  
 sen / als ein Land-Richter / der den Königs-Bann an statt des Kö-  
 niges in seiner ganzen Gräffschafft allein geführet / welches in  
 solchem Gäu und Gräffschafft zu üben / sonst niemanden gebüh-  
 ret. Adde *Marquard. Freher. de Orig. Palatin. lib. 2. cap. 4. §. 5.*  
 Inde reperiuntur inter Authores, qui vocabulum Gräffe / ab in-  
 finitivo Græco *γράφειν*, descendere, & item significare ac scri-  
 bam,



ban, einen Schreiber / non sine ratione defendunt; in cuius  
 rei Testimonium doctissimus Thulemarius in *Octovirat. cap. 17.*  
 §. 9. pag. m. 219. è Dn. Spathens Secretariat-Kunst / refert se-  
 quentia verba: Etliche leiten her Graff / von *γραφειν*, Schrei-  
 ben / daß also Graffe so viel als ein Schreiber bedeute; Und weil  
 diese erleuchtete Schreiber in den Städten und Ländern zu  
 Richtern gesetzt wurden / so gilt das Wort Graff in Westpha-  
 len noch heutiges Tages so viel als ein Richter / und Graffschafft  
 eine Gerichtbarkeit / Siegend / Weichbild etc. Postea autē Comi-  
 tum diversa genera exorta sunt, quibus inter se distinguebantur.  
 v. g. qui reliquis ex eo erant digniores, quod Palatio  
 Regis sui quondam præessent Rectores, adeoq; ma-  
 jores Domûs Regiæ audirent. *Danckwerth in Instit.*  
 Pfalzgravii *Jur. publ. p. m. 174.* Hodiè Pfalzgravius est Prin-  
 cept Imperii ab Imperatore de Palatinatu [sic di-  
 cto Comitatu ad Rhenum] ritè investitus, habetq;  
 Privilegium, quòd sit Judex Imperatoris, exerceat  
 tamen iudicium suum solum, ubi Imperator seu  
 Rex Romanorum tunc præsens erit, *Aur. Bull. c. 5.*  
 §. 3. Porrò vacante Imperio in ditionibus Sveviæ  
 & Franconiæ quibusdamq; partibus Rheni ad Im-  
 perium pertinentibus Vicarius est, prout Domi-  
 nus Elector Saxo in ditionibus istis, ubi Saxonica  
 Jura reservantur, *cit. c. 5. Aur. Bull. §. 1.* Quæritur  
 hîc, Num hæc Jura adhuc hodiè habeat Elector Pa-  
 latinus, an verò simul cum dignitate Electorali  
 pristina in Ducem Baviariæ translata sint? Resp.  
 Distingvunt Doctores inter ea Jura, quæ Archida-  
 piferatui in Bavarum translato adherent, & ista,  
 quæ ad Palatinatum pertinent. Illa ad Bavarum

vir  
 e de  
 itus  
 er/  
 lle-  
 ena  
 inis  
 III.  
 per  
 agis  
 ho-  
 Du-  
 eos-  
 gsl  
 uti  
 mi-  
 tem  
 n a-  
 um-  
 vare  
 em  
 tor.  
 Und  
 ewe-  
 Rö-  
 s in  
 büh-  
 & s.  
 b in-  
 scri-  
 am,



utiqve transiisse censemus, e. g. Vicariatus, *juxta Instr. Pac. vid. Theod. Reinkingii verjüngten Reichs-Adler Tit. 5. §. 12.* Hæc Palatino competere arbitramur. *Junge sis Dn. Rhatium in Inst. Jur. publ. lib. 1. tit. 11. §. 4. p. m. 226.*

Marchio-  
nes seu  
Marggrafii

Olim erant limitum Judices; nam limites & fines in vernacula nostra significant *Marck* quasi *Ge-marck* / inde *Marck-oder Gränz-Steine* / *Hottoman. de verb. feud. verb. Marchio. D. Sam. Stryck. in Exam. jur. feud. c. 5. n. 15.*

Hodiè sunt Principes de Marchionatibus ritè investiti, ut Misnenses & Brandenburgici.

Landgrafii

Olim Provinciarum Rectores.

Hodiè Principes de Landgrafiatus investiti, ut Thuringii & Landgrafii Hassiæ.

Burggrafii

Olim Arcium & Præsidiorum Comites.

Hodiè Comites de Castro Imperii investiti, ut Magdeburgenses & Norimbergici.

Centgrafii

Olim Judices Pedanei.

Hodiè usu esse desierunt.

Raugrafii

Olim locorum sylvestrium Judices.

Hodiè in desuetudinem abierunt.

Addimus his Comites, quos in Imperio nostro habemus Principales, *Gefürstete Grafen* / qui ab Imperatore de Comitatu Imperii quidem sunt investiti. verùm cum dignitate Principali, e. g. Hennebergici & Tyrolenses.

§. XXIX. Tandem BARONES quoque inter Imperii Principes referri, supra diximus, eosq; tamen non omnes; excipiuntur enim Barones Landsassii, qui sessione ac voto comitali



tiali non gaudent. Vocabulum autem Baro debet natalem suum obsoletæ Germanicæ voci *Bahren* / quod francū & liberum denotavit, unde postea *Freyherren* dicti sunt. *Dn. Rhet. c. lib. p. 272.* Idemq; requiritur in Baronibus Imperii, quod necesse habent cæteri Imperii Principes, nam eò tendunt *verba Capit. Leopold. §. 44.* *Das sie im Reich gefessen / für andern es wohl meritiren / und die Mittel haben / den Stand pro dignitate auszuführen.*

§. XXX. Sequuntur Imperii CIVITATES, quæ ab aliis civitatibus tantum differunt, quantum eas dignitate præcellunt; non tamen omnes earum simul, neque uno eodemque modo adscriptæ sunt numero Statuum Imperii. Aliæ enim, vel ex singulari gratia Cæsarum; aliæ pretio nummario; aliæ iterum exemptione aliquâ de facto, vel simili quovis modo sibi Regalia majora cum voto & sessione Comitiali comparasse, in historiis reprehenduntur. *Danckwerth. cit. libr. pag. 186. & seq.*

§. XXXI. Variant Scriptores in Quid dicitur explicacione; Nobis tamen Imperii Civitas est societas magna è pluribus minoribus omnis sufficientiæ, adeoque civilis Beatitudinis causâ composita, tandem inter Imperii Status suscepta, indeq; Voti & Sessionis in Comitiiis particeps facta. Tales sunt Augusta, Vindelicorum, Ratisbona, Svevi-Constantia, pluresve aliæ, quæ sui in Comitiiis copiam faciunt per viros selectos, quos deputatos appellamus; Hi autem non admittuntur ad Sessionem, nisi prius per mandatum probaverint, sibi datum esse Jus tali modo comparandi. Et quamvis olim omnes Imperii Civitates obstrictæ essent Imperatori ad exsolvendas certas collectas, die *Städte-Steuer* &c. hodiè tamen paucae admodum supersunt, quæ collectas istas tribuunt. *Limn. ad Capit. Caroli V. Artic. 23.* Cæterum immunitates, quibus Imperii Civitates perfruuntur, sunt, quod non solum Vectigalia, Monetas, Collectas, & similia  
jura,



jura, quovis titulo vel jure domini acqvisiverint, verum etiam superioritatem territorialem sint consecuta. Idq; factum est postquam se vel ære, vel precibus, vel fraude liberarunt à Regimine Advocatorum [der Reichs-Vögte] quos olim in istis Civitatibus alebant Imperatores justitiæ exercendæ causâ; testatur hoc Heiderus vom Reichs-Vogt fol. 14. Und haben also endlich auch die Reichs-Städte circa annum Christi 1400. durch Verdienst gegen das Heil. Römische Reich / durch Liberalität und Connivenz der Käyser / durch Tausch / Kauff-Schenckungen / durch stillschweigende langwierige alluvion sich von den Reichs-Vögtenen / und deo Beschwernissen losgewürcket / und ihre Landes-Vorigkeit in ihrem Territorio auch endlich erworben. Quid si tamen adhuc, tales quædam Advocatiæ civicae ubi reperiantur, vix veterum titulo, ut Umbra Corpori conveniunt. Tantum de Juris publici causa efficiente.

§. XXXII. FORMA Juris publici Romano-Germanici consistit in unanimi consensu Statuum, eoqve in Comitibus legitime exhibito. Uti etenim prædefiniti status collectim (non distributive) sumpti constituunt Imperium Romano-Germanum, ita quoque eorum in solennioribus Comitiorum conventionibus unanimiter factæ Decisiones ex aggregato consensu induunt naturam legum, & vim obligatoriam in subditos & vasallos Imperii, ita quidem ut post factam publicationem solennem ubiqve in Imperio regulariter pro jure habeantur.

§. XXXIII. MEDIA quibus enascitur Jus publicum, sunt Comitia Imperii, quibus debemus omnia ea quæ ex Jure publico consequimur. Describuntur Comitia in genere, ut Conventus Civium Imperii, vel propter publicam Imperii utilitatem, vel Interesse proprium instituti. Danckwertb. cit. Libr. pag. m. 626. Philipp. Reinhard. Vitriar. in Inst. Jur. publ. lib. 4. tit. 2. de



*de Comit. Imperii pag. m. 632.* Adeoque illa esse vel Universalia, vel Particularia, satis liquet. Universalia, quæ etiam salutantur Diætæ, Curia solennes, Curia regales, germanicè Höfe / Hoch-zierliche Höfe / Königliche Höfe / hodiè Reichs = Tage / Versammlungen des Reichs dicuntur, quando Imperator aut ejus loco Commissarius, & Ordines Imperii ad ipsam publicam. Imperii utilitatem vel conservandam vel promovendam conveniunt. Et quamvis toties possint institui, quoties videtur è re Imperii esse; nihilominus tamen Cæsar priusquam indicat, Electorum consensum desuper per literas exquirere opus habet, uti ex *Artic. 17. Capit. Leopold.* ubi promittit: Er wolle keinen Reichs = Tag ausschreiben / ehe und bevor er darzu umb der sieben Churfürsten Consens und Bewilligung angehalten / und sich mit derselben so wohl der Zeit als Wahlstadt halber verglichen. Locus autem, ubi Comitua debent celebrari, in Aurea Bulla constituitur Norimberga, quod tamen non semper observatum esse, praxis testatur; Nam CAROLUS V. propter Pestem tunc ibi admodum grassantem Wornatiæ celebravit Comitua. vid. *Recess. Imper. zu Worms wegen des Regiments anno 1521. in pr.* ad quæ Lutherus quoque citatus est. Hodiè verò, quoniam Status Imperii reiteratis sæpius Comituis, argento nimis emunguntur, & sumptibus immensis quos pro dignitate suâ sustinendâ erogare coacti sunt, valdè admodum gravantur; insuper etiam ipsa Comitiorum intimatio sine magnis molestiis haut fieri potest, videmus Comitua Ratisbonæ Anno 1663. cœpta in hunc usque diem fuisse continua, eaquæ in posterum fore duratura credimus. Et quia Imperii Status ipsi Ratisbonæ non possunt esse coram, alunt ibidem suos Legatos, quos per Introductionem sivetam Residentes appellamus, qui vices eorum administrant, & Principatibus suis de rebus arduis notificant. Par-

E

ticu-



ticularia Comititia sunt, quando saltim aliqui Imperii Cives, vel propter publicam Imperii, vel propriam utilitatem conveniunt. Talia sunt Electorum de electione Regis Romani, vel deliberandi causâ super variis Imperii negotiis instituta, & dicuntur *Wahl-oder Churfürsten-Tage*. *Aur. Bull. cap. 12.* 2) Conventus deputationum ideò facti, ut ea quæ in publicis Imperii Comititiis propter molem negotiorum ingruentem expediri non possunt, à Cæsare & Ordinibus delectis tractentur. 3) Conventus Visitatorum Camerae, *Visitations-Tage*. 4) Conventus Circulares, *Creysß-Tage* / quando aut omnium circulorum Duces, *des Heil. Reichs Crayß-Obristen* / ut factum est Erfordiae Anno 1567. aut aliquot tantum circuli, aut unius saltim, membra quotannis monetæ probandæ causa, vel alia necessitate coacti conveniunt; Quilibet enim circulus singulis annis bis debet convenire ad probandas monetas, primo Maji & primo Octobr. *Soll zween Probations-Tage halten* / vel ad minimum unum, in quo suscipi debet, *die Rechtfertigung der gemeinen Reichs-Münzen* / idque vigore der *Münß-Ordnung*. 5) Conventus Civitatum Imperialium, *die Städte-Tage* / ubi die plerumque Bartholomæi annuatim Civitates in certo loco, vel omnes, vel per duodecim Legatos pro qualitate negotii se congregant. *Limn. Jur. publ. lib. 7. cap. 1. num. 55.* Huc tandem referre volunt. 6) Conventus Nobilium immediatorum, *die Versammlungen der freyen Reichs-Ritterschafft*. Verum cum nobiles immediati hodiè non sint Status Imperii, *Limn. lib. 6. cap. 3. Vitriar. in Instit. Jur. publ. lib. 4. tit. 1. §. 34. pag. m. 641.* neque Conventus eorum huc pertinere sentimus.

§. XXXIV. Et sicut tandem omnia sunt propter finem suum, ita nec Jus publicum nostrum hoc ipso destituitur. Coincidit autem Finis juxta definitionem superius allatam cum Juris  
 publi-



publici Objecto, quod ex sua natura distingvere possumus in Adæqvatum & inadæqvatum. Illud ex mente nostra est Res publica Romano-Germana; Hoc, sunt negotia salutem publicam spectantia, seu Actiones quæ ibidem versantur. FINIS autem illuc tendens alius est vel  $\delta$  seu cuius gratia Leges publicæ feruntur, conservatio Imperii. Hic iterum vel intentus, v.g. Salus Reipublicæ nostræ consequenda; vel obtentus, felicitas Imperii consecuta. Vel alius  $\omega$ , seu cui tandem prodest, est totum Imperium Romano-Germanicum cum suis civibus, obtentâ per Leges publicas felicitate utiliter perfruens.

§. XXXV. Ultimo hoc denique loco dicendum est Jus publicum nostrum non convenire aut idem esse cum Ratione Status, quæ sumitur vel pro Medio extraordinario, quô, pro occasione temporum & circumstantiarum boni publici causâ negotia incidentia expediuntur, quod non rarò fit per media iniqva cum commodi publici excusatione, aut prætextu magni cuiusdam exempli. Vel accipitur pro causa, quæ Statum Reipublicæ in hunc vel alium modum ingenui boni ergò flectit. *Dn. Rbat. in Instit. Jur. publ. Lib. 1. Tit. 1. §. 67. p. 36.* Quicquid tamen sit? neutrum horum de Jure publico dici poterit; Hoc enim juxta prius, id æqvius non reputat quod validius. Quoad posterius autem Status est latius quid suo jure. Ergo quoque Status Ratio ceu propria ejus formalitas est Jure publico latior. Hæc circa Definitionem.



CAPUT II.

De  
JURIS PUBLICI DIVI-  
SIONE.

§. I.

**D**IVISIO Juris publici Romano-Germanici rectè ponitur post Definitionem; Jus ergò publicum, bene dispescitur in Scriptum & non scriptum. Per hoc intelliguntur Imperii Consuetudines, quas tacitus consensus, vel usus, vel observantia & praxis perpetua, vel longi temporis præscriptio tandem in Imperio introduxit & confirmavit, de quibus videndus est *Goldast. Tom. 4. Collect. Consuetud. Imperii. Struv. Syntagma Juris Civ. Exerc. 2. th. 40. Blumius in Fragment. quæ Processui suo Camerali addidit.* Scriptum Jus publicum continetur præcipuè Recesib. Imperii, Qui significatu generali sub se comprehendunt omnes constitutiones & ordinationes Imperii: Significatione verò speciali interdum opponuntur Aureæ Bullæ, Ordinationi Camerali, Capitulationibus &c. *vid. Capit. Leopold. I. artic. 2.* Unde falluntur utriqve, qui putant Recessus Imperii, vel nunquam opponi Aureæ Bullæ, vel semper. *vide Mauritium in Tractatu de Recessibus Imperii. th. 7.*

§. II. Dicuntur autem barbaro vocabulo RECESSUS, vel quod per eos à variis diffensionibus recedatur, vel quia post consultationes & deliberationes finitas constituentur, & deinceps discedatur; & describuntur à Bort. *de Jurisprud. publ. cap. 1. thes. 5.* Quod sint communes Imperatorum & Statuum spon- siones ad ipsam administrationem spectantes. *vid. Dan. Kayf. Hist. Jur. pag. 96.* Nos Descriptionem paulò clariorem super- addimus: RECESSUS Imperii sunt leges universales ab Impe- ratore



ratore & statibus in comitiis Imperii Roman. German. legitime  
 lata & promulgata. *Nicol. Danckwertb. in Inst. Jur. publ. pag. 21.*  
 Non sine fundamento dicuntur Leges universales; tales nam-  
 que sunt tam intuitu causæ efficientis, quia ab Imperatore & u-  
 niversis Imperii statibus Votum & Sessionem in Comitiis ha-  
 bentibus feruntur & ratificantur, quàm ratione effectus, quòd  
 post publicationem in universo Imperio valeant: Obligant e-  
 nim regulariter omnes Imperii cives & Status propter Conven-  
 tionem, quæ descendêrunt in publicationem eorum, nisi aliqui  
 ex Electoribus & Statibus justo tempore protestentur. *Dn. Rha-  
 tius ad Jus publ. Lib. 2. Tit. 24. §. 22. pag. m. 471.* aut Privilegio  
 sint exempti.

§. III. Ratione Divisionis Recessus Imperii, vel sunt Pri-  
 marii, vel Secundarii. *Theod. Reinking. im verjüngten Römi-  
 schen Reichs = Adler / tit. 10. §. 8. pag. 143.* Priores vocant *Dr-  
 dentliche Reichs = Abschiede /* de quibus jam dictum est; Posteri-  
 ores, *Reben = Abschiede* nuncupantur, & concipi solent, quando  
 in Comitiis concluduntur quædam, quæ in typis excuso exem-  
 plari, certas ob causas tempore promulgati Recessus ab omni-  
 bus adhuc legi nolunt Imperii Status, servandique traduntur  
 Archivo Electoris Moguntini. Extat ejus rei Exemplum in  
 Comitiis Ratisbonensibus in causâ subsidii Turcici sub Anno  
 1541. §. Und nachdem wir / sammt Churfürsten / Fürsten. etc.

§. IV. Differunt tandem Imperii Recessus à placitis & con-  
 clusis, ceu posterius quid à suo priori & intermedio. Placitum,  
 quod adhuc in deliberatione consistit, & propterea alteri parti  
 exhibetur, dicitur *ein Reichs = Bedencken /* & rem definitam haud  
 infert, nec probat in Actionibus & Praxi publica. Conclusum  
 verò est, quando partes deliberantes [puta Imperator cum Sta-  
 tibus] inter se quidem deciderunt, sed decisum istud in sœtam  
 & legitimam formam nondum conjectum est, quâ apposita Re-



cessus nuncupatur, cui demum facta publicatio plenarium ro-  
bur addit.

§. V. Huc referunt quidam TRANSACTIONEM PAS-  
SAVIENSEM inter Carolum V. Cæsarem Statusq; de Religio-  
ne Protestantes, seu Augustanæ Confessionis Socios Anno Chri-  
sti 1552 & 55. factam, *de qua Thuan. lib. 7. Hist. Læthus in Histor.  
universal. pag. m. 355.* Verùm hoc pacis religiosæ & profanæ  
pactum formaliter consideratum inter Imperii Recessus. haud  
poterit referri, cum non sit conventio Imperatoris ut sic, & co-  
adunitorum eò tempore Statuum & membrorum Imperii, sed  
partium inter se hostilium, utrinque tandem armis depositis  
per hoc remedium ad pacem regredientium; Hinc rectè di-  
citur Transactio, licet non eamus inficias, eam postea in Impe-  
rii Recessibus v. g. Augustæ Vindelicorum, imò Art. 5. Instr. Pac.  
Osnabrug. alibiq; confirmatam legi.

§. VI. Sequitur nunc AUREA BULLA, quæ est Syste-  
ma ab Imperatore Carolo IV. & Statibus Imperii ad Annum  
Christi 1356. Meris & Norimbergæ de Imperatoris Electione  
imprimis, & Electorum Juribus latum, latinâ lingvâ conscriptum  
& tandem promulgatum. Dicitur autem Aurea Bulla à sigillo  
aureo, quod huic libro appensum est, [ nam sigilla olim Bullæ  
nominabantur ] de quo notandum obiter, quòd in eo ex uno  
latere conspiciatur Imperator throno insidens, manu dextrâ  
sceptrum; sinistrâ verò pomum cum cruce tenens, appositis  
in circumferentia his verbis: *CAROLUS IV. DIVINA FA-  
VENTE CLEMENTIA SEMPER AUGUSTUS ET  
BOHEMIÆ REX.* Ab altero latere apparere fertur Ca-  
strum magnum cum duabus turribus, habens portam in me-  
dio, cum inscriptione: *AUREA ROMA.* Circumferentia  
hæc habet:

*Roma Caput mundi regit orbis frena rotundi.*

§. VII.



§. VII. Ea autem, quæ jam diximus, saltim de avthentico sunt intelligenda, cujus tria dantur Exemplaria originalia, quorum unum Heidelbergæ quondam, nunc autem Romæ, alterum Moguntii, [ cui metuo, ne simul cum Urbe Anno præterlapso à Gallis occupata, ereptum sit ] & tertium denique, Francofurti ad Mœnum reconditum servatur. Hæc etsi quoad Titulorum imprimis Numerum inter se invicem discrepent, Moguntinum enim viginti sex, Heidelbergense [ ex quo Editio Goldasti transumpta ] triginti Titulis absolvitur; quoad materiam tamen inter se ipsa conveniunt ita, ut nihil in uno habeatur, quod in altero desit. Ultimum tamen reliquis præfertur. Et quia Aurea Bulla diversis in locis typis mandata, adeoque ubivis obvia reperitur, nec singulos ejus titulos hîc ordine recensere nos operæ pretium esse duximus. Interea notandum, quòd juxta ejus Institutionem non semper procedatur, cum permulta usus in praxi commutaverit, quæ hodiè vel prorsus non, vel minima ex parte ad dispositionem hanc peraguntur, nec illud est quod nos miramur, accedit enim, Auream Bullam esse Legem positivam, adeoque mutabilem, *arg. §. sed naturalia. Inst. de Jure N. G. & C.* Sitq; juxta Philosophorum, tradita eadem sint Principia destructionis, quæ constructionis, quidni & Aurea Bulla, quæ consensu facta est pro Imperii utilitate, consensu iterum destrui aut mutari posset, si id svadet Imperii utilitas? tralatitium enim est, nihil tam naturale esse, quàm eodem modo quid dissolvere, quo colligatum est *l. 35. ff. de Reg. Jur.* Sic circa Coronationem Imperatoris Aurea Bulla disponit, hanc Aquisgrani fieri debere, id quod à Caroli V. temporibus non obtinuisse legitur, uti probant exempla recentioris memoriæ, FERDINANDI scil. & præsentis Imperatoris LEOPOLDI, dum prior Augustæ Vindelicorum; hic

verò



verò Francofurti coronatus est. Quinimò quoad Ipsum Coronationis Actum, qui juxta Aur. Bull. Electori Coloniensi competit perficiendus, inter hunc & Moguntinum lis nata est, postmodum verò transactione mutuâ d. 25. Jun. 1657. hunc in modum sopita, ut horum uterque, si in ditione ejus Cæsar coronandus esset, perficiat Actum in suo territorio. Quidsi in neutrius ditione coronatio fieri debeat, alternare compromiserunt, tradit hoc pactum Linneus in *Comment. ad Aur. Bull. cap. 4. §. 3. obs. 4. n. 9.* quod postea Leopoldus in *Capitulat. §. 37.* confirmavit.

§. VIII. CAPITULATIONES à certis Capitibus atque conditionibus, quibus Rex Romanorum in Imperatorem promovendus adstringitur, vocatæ sunt. *D. Hortled. in Comm. ad Leg. Reg. & Disc. Acad. 26.* Dicuntur etiam Lex regia, item Lex Imperii, *Dan. Kayf. d. l. pag. 90.* & describuntur, quòd sint solennis conventio novi Regis Romanorum cum Electoribus pro se & nomine Statuum Imperii de modo Regiminis & servandarum Legum Imperii. *Dn. Rbat. in Inst. Jur. publ. lib. 1. tit. 4. §. 36.* Quarum nervus in eo maximè consistit, ne Imperator Imperii facultates distrahat vel oppignoret, aut alio quovis modo, prout à Wenceslao Caroli IV. filio factum est, reddat detriores, unde & nomen adeptus, quòd ab augendo dicatur SEMPER AUGUSTUS, *Altezeit Mehrer des Reichs/ Nov. II. pr. & Nov. 30.* ut operam det, ne Respublica quid detrimenti capiat, ut Principum lites salvis cujusque privilegiis componat, ut libertates populorum fartas tectas habeat, ut onera sine populi consensu nulla imponat, ut bellum sine ejus scitu non inferat, ut foedera servet, ut provincias externas bello partas inter Nationes Teutonicas distribuât. Idq; generis alia Capitula, quæ statim ac Electus est Rex Romanorum aut Imperator ante coronationem rogatus an servare velit? Juramento confirmare adigi-



adigitur. Unde colligunt quidam, Capitulationem esse præjudicio Majestati Imperatoriæ, prout apparet ex verbis Heisfi, quæ habet *in sua Historia Imperii, Part. 2. libr. 4. cap. 3. pag. 31.* quando inquit: *Cette Capitulation est une espece de barriere à l'authorité de l'Empereur, qui empeche non-seulement cette grande puissance de se tourner en pouvoir despotique, mais qui la réduit sous les termes d'un gouvernement mixte, h. e. Capitulatio est Species Repaguli authoritatis Imperatoriæ, quod non solum impedit ejus potentiam summi Imperii, verum & illam redigit sub Statum Imperii mixti. &c.* Quamvis autem nos planè non negemus, Capitulationem facere Statum Imperii mixtum, dum subjecta existentia Majestatis, à quibus formæ Rerum publicarum denominantur, constituit in Republica nostra diversa & mixta, prout clarissimè apparet ex Instr. Pac. Osnabr. *Art. 8. §. gaudeant. &c.* adeoque modus Regiminis ex Monarchia & Aristocratia est temperatus; Non tamen dici potest Majestati Imperatoriæ quid inde derogari; Alia enim Thesis est: Cæsar non habet Majestatem. Et Cæsar non solus habet Majestatem. Nec obstat, quòd sic plures in Imperio dicantur haberi Majestates, quia Majestas in pluribus existentia subjectis esse potest citra sui multiplicationem; ad exemplum animæ, quæ est in pluribus membris corporis, citra tamen sui multiplicationem. Conveniunt tandem huic loco quædam in præcedente Cap. §. X. à nobis dicta.

§. IX. Et licet Aurea Bulla ne verbo quidem meminerit Capitulationum, & à quibus istæ sint concipiendæ; Nihilominus tamen Electoribus hoc Jus competere statuimus. Nam Primò integer actus Electionis, sicuti jam ex antiquo competierat, iis de novo conceditus est, Testis est Aur. Bull. *Tit. 2. de Electione Rom. Reg.* Quidni igitur ejusdem actus connexa Electro-

F

ribus



ribus simul esse concessa, credendum? maxumè cum *secundò* Illustrissimum Collegium Electorale adeò sincerè haectenus, ac sine ullà fraudis suspicione egerit, ut novos pro Imperii necessitudine electos Reges Romanos, non tantum suo, sed & reliquorum omnium Statuum Nomine obligaverit, id quod ex Leopoldi Capitulatione *pr. & §. fin.* luculenter patescit. Taceo, quòd Domini Electores jam ultra centenariam annorum præscriptionem sibi hoc jus continuâ serie vindicaverint. Hoc quidem verum est, reliquos Status videntes, quãto perè ipsorum interesset, ut simul cum Electoribus Capitulationem conderent, contra hos inde Monasterii anno 1646. gravamen proposuisse. *vid. Theatr. Europ. Tom.V. pag.1052.* adeoque fuisse constitutum *in Instrum. Pacis art.8. vers. habeantur, &c.* ut in posterum perpetua, & certa fieret Capitulatio ab omnibus Statibus. Verum cum postea in Comitibus anno 1654. Status urgerent hanc Constitutionem, Electores hoc tanquam imminutionem Jurium suorum interpretati sunt. *Vitriar. cit. lib.1. Institut. Jur. publ. tit.7. §.2. pag.m.86.* Unde liquet Capitulationes ferè toties variasse haectenus, quoties summum Regimen in alium translatum fuit Imperatorem. Absolvitur autem Capitulatio Leopoldi nostri gloriosissimi Articulis 47. die 18. Julii Ann. 1658. Francofurti compositis, cujus exemplar traditur apud *Dn. Rhatium d. l. ferè in fine.*

§. X. De Capitulationum Origine certò non constat, siquidem de ea non conveniunt Authores. Alii enim sub turbulentò HENRICI IV. Imperiò, illas coepisse defendunt. *Dan. Kayser in Hist. Jur. pag.91.* Alii ab Ottonum temporibus deducunt. *Danckwerth. cit. Libr. pag.83.* Alii à Caroli V. regimine eas devolvi asserunt, quos interest Heiss. *dans la seconde Partie de son Histoire de L'Empire Libr.4. Chapitr 3. p.32.* cujus verba hæc:

On



*On n'a introduit l'usage de ces Capitulations que depuis l'Empereur Charles-Quint. avant ce tems-là les Constitutions ordinaires de l'Empire tenoient en quelque façon lieu de ces Capitulations; mais les grands Etats que ce Prince possédoit hors de l'Empire, ayant fait apprehender aux Electeurs qu'il ne donnât quelqu'atteinte à la liberté Germanique, ils jugerent à propos de luy proposer certaines Conditions, aux quelles il voulut bien se soumettre; & ils ont continué d'en user de même à toutes les Elections des Empereurs qu'ils ont depuis elevé sur le Trône.*

*i. e. Usus Capitulationum istarum introductus est Imperante Carolo V. ante cujus tempora ordinariæ Imperii Constitutiones erant Capitulationum loco; Ast quoniam Status illi, quibus dominabatur Carolus extra Imperium, Electores pertimescere faciebant, (suis quidem exemplis) ne iste quidquam contra libertatem Germanam susciperet, hi arbitrabantur propter hanc causam ipsi proponere certas conditiones, quibus se spontè subijcere vellet; iisque uti postmodum continuaverunt in omnibus Imperatorum Electionibus, quos in Thronum exaltarunt. Alii tandem putant Capitulationes statim cum electione fuisse ortas: Dn. Rhatius cit. lib. pag. 162. Sed fides sit penes Authores.*

§. XI. Inter Jus publicum nostrum meritò referimus sic dictum INSTRUMENTUM PACIS CÆSAREO - SVEVICUM. Quod ceu propugnaculum religionis Protestantium, & sepes nostræ tranquillitatis in sacro Romano Imperio, haud silentio tegendum est; Huic enim debemus ea omnia, quæ & in Republica nostra, & in Ecclesia hætenus possidemus. Circa



eius denominationem venit notandum, vocabulum INSTRUMENTI vel sumi  $\alpha$ ) Physicè, vel  $\beta$ ) Juridicè. In illo sensu depingit, quamvis causam intermediam ex directorio principioris causæ ejusque impulsu cooperantem, adeoque ad effectum producendum vel necessariam, aut alias utilem. Sic malleus & securis instrumenta dicuntur; In hoc autem significato denotat Scripturam ad rerum gestarum fidem factam. *L. 1. Cod. de Jurejur. propt. Calumn. Lauterbach. in Comp. Jur. lib. 22. tit. 4. pag. m. 682.* Quæ acceptio huc spectat. Quod autem porro dicatur Cæsario-Svecicum, fit intuitu personarum Amnestiam hanc inter se constituentium. Postquam enim inter Ferdinandum II. Romanorum Imperatorem, & Gustavum Adolphum, Sveciæ Regem, diuturnum & acre bellum (sunt verba Instrumenti Pac.) oriretur, idque deinde post horum è vitâ discessum inter Ferdinandum III. & Christinam Sveciæ Reginam continuaretur; Armorum tandem satur ad pacem Animum, adjecit Ferdinandus, indictusque eapropter Conventus Monasterii & Osnabrugis Westphalorum, Pax etiam ipsa tandem inter Cæsarem & Svecos iis, quæ jam prostant Legibus, fuit inita; Quin imò Norimbergæ instituta conventio, in quâ omnia, quæ ad Pacificationis Germanicæ consummationem pertinebant, feliciter peracta sunt. *Letbus in Hist. univers. pag. m. 524.* Recipiebatur quoque in istam Pacificationem Ludovicus, Rex Galliæ. Unde quærentibus INSTRUMENTUM PACIS quid sit? facile respondemus, esse Scripturam seu Systema comprehendens Pactum conventionale à Ferdinando III. Romanorum Imperatore, ejusque Statibus, cum Christinâ, Sveciæ Reginâ ejusque Proceribus, nec non Ludovico Galliæ Rege, & ejus Plenipotentariis post longos belli motus, Monasterii & Osnabrugis initum & factum de Amnestia universali, & Pace post reciprocè factam



etiam Restitutionem & Cessionem tum circa sacra, tum profana, utrinque inviolabiliter & sanctè perpetuoque servandâ, latinâ lingvâ conscriptum, deinceps die 24. Octobr. Anno Chr. 1648. Osnabrugis finitum, tandemque publicatum.

§. XII. Continet in se prædictum PACIS INSTRUMENTUM septendecim Articulos, quorum Tenor facilè & magno sine labore potest addisci ex insequentibus versibus, memoriæ causâ ab eruditis inventis:

*Articulis septem & denis Pax Svecica constat.*

*Primus amicitie conjungit fœdere Partes.*

*Præteriti immemores lesos vult esse secundus.*

*Pristina restituit Ternus sua Jura cuique.*

*Enumerat Quartus speciales restituendos.*

*In sacris Quintus conflata gravamina solvit.*

*Helvetiis Sextus dat libertatis honorem.*

*Septimus in fœdus Calvinum Pacis adoptat.*

*Jura Politie statibus bis quartus adumbrat.*

*Flori restituit veteri Commercia nonus.*

*Bellorum Decimus partitur Premia Svecis.*

*Brandenburgico undecimus Pomerana resarcit.*

*Mechlenburgiacis bis senus adempta rependit.*

*Brunsvigum Decimi demulcent munera terni.*

*Dat Confessori decimus solatia quartus.*

*Hassum ter quinto, placant & Clerus & Hassus.*

*Arma bis octonus sistit, pacemque reducit.*

*Septimus hanc firmat decimus redditq; perennem.*

Insertum est Instrumentum Pacis juxta assertum Danckverthi. cit. Libr. pag. 28. Recessui Imperii de Anno 1654. Et quoniam Numerus Electorum octonarius aliaque in transacti-



one ista Westphalicâ constituta, Curia Romanâ maximè displicebant, hinc Fabius Chisius Episcopus Neritonensis & Nuncius Apostolicus ( qui postea Pontifex factus nomen Alexandri VII. assumpsit ) duplicem Protestationem Monasterii sub dato d. 14. & d. 26. Octobr. 1648. contra eandem edidit; Quin ipse Papa Innocentius X. cum videret Protestationes has Nuncii sui ab Imperatore & statibus Imperii nihili haberi, Romæ die 3. Jan. Anno 1651. publicavit breve Apostolicum, ( non Bullam, ut alii volunt, quia non habuit Sigillum plumbeum, nec Papali manu subscriptum fuit, quæ necessaria sunt Bullæ requisita, vid. *Henr. Gunther. Thulemar. tractat. de Bullis in genere & specie, cap. 4. de bulla plumbea n. 14.* ) in quo contra Pacem istam more prorsus inaudito detonuit. Exemplar ejus exhibet Thulemar. *in Octovir. cap. 6. §. 8. pag. 61. & sequent.* ubi simul quid de ista declaratione Pontificis sentiendum, occurrit. Coeterum Pax ipsa Westphalica denuò confirmata legitur in Actis Tractatum Nimegiensium, in den Nimegischen Friedens-Tractaten / Anno 1679. finitorum, quæ Anno 1680. Joh. Leonhard Sauter / J. U. D. Lipsiæ in Lucem emisit, quem vide *Part. III. sub tit. Kays. Frantzösischer Friedens-Schluss §. 2. Und nachdem der zu Münster etc. pag. 12. & ibidem sub tit. Friedens-Articul zwischen Ihrer Maj. dem Römischen Kays. und Ihrer Königl. Majest. von Schweden. §. 3. Nach dieser allgemeinen & c. pag. 27.*

§. XIII. His Partibus igitur jam recitatis absolvitur nostrum Jus publicum. Quid si tamen adhuc aliæ superesse perhibeantur inter Jus publicum computandæ, e. g. Constitutiones Caroli V. Criminales & Ordinatio Camerae Imperialis die Kays. ferliche Kammer-Gerichts-Ordnung de Anno 1555. facta, inque tres Partes divisa, quarum prima continet Titulos 86. Altera 36. & Tertia denique 54. tradens modum in Processu Camerali ser-

van-



vandum; eas sub Imperii Recessibus contineri reprehendimus, adeoque nec operæ pretium esse censemus permulta de iis hic differere, quoniam Imperii Recessus prædicti ubivis ferè occurrunt, & cupidioribus animis pro Informatione sufficere possunt.

### CAPUT III.

De

## SUMMIS IMPERII DICASTERIIS.

### §. I.

**Q**uamvis Jus Publicum nostrum regulariter in toto Imperii Orbe debeat observari, illud tamen præcipuè in summis Imperii Judiciis ad Praxin deducitur. Caroli M. Temporibus quidem Judicia fuerunt partim penes Concilium omnium Ordinum, partim penes Regem solum; partim penes Duces & Comites, cum Scabinis & Assessoribus; partim penes Episcopos, partim deniq; penes Regis Legatos: Postea verò Judiciorum alia & certior forma constituta est, diversisque sub Imperatoribus diversa Tribunalia exorta sunt, puta JUDICIUM WESTPHALICUM, JUDICIUM AULICUM, JUDICIUM ROTTWILENSE, IMPERII ROMANI REGIMENTUM, ET TANDEM JUDICIUM CAMERALE.

§. II. JUDICIUM WESTPHALICUM constitutum est juxta opinionem quorundam sub Carolo Magno Imperatore. *Lindenb. in Chron. Caroli Magn. pag. 219.* cum quibus etiam *Vitriarius in Inst. Jur. publ. pag. m. 681.* vel ut alii putant, irrepsit Tempore Friderici III. circa Annum 1458. *Gryphander in Weichbildis Saxonis, cap. 54. num. 5. & seqq.* plausibilior tamen nobis prior videtur opinio, quia hoc Judicium tum jam à Sigismundo



mundo & postea à Friderico III. ipso reformatum legitur in *Reform. Kaysers Friedrichs des Dritten zu Franckfurth am Mayn Anno 1442. auffgerichtet. tit. von den heimlichen Gerichten.* Præerant huic Judicio Judex der Freye-Graffe dictus, cum Assessoribus, qui primis temporibus erant vitæ & morum probitate insignes, Jusque suum exercebant per universum Imperium, ita quidem, ut ex singulari Privilegio quamlibet orbis Arbo-rem pro territorio haberent. *Lampad. de Rep. Rom. Germ. c. 17. §. 2.* postea verò sordidæ conditionis & vitæ inter Scabinos hujusmodi recipiebantur homines, qui quoniam suâ potestate pessimè abutebantur sæpius reformati sunt, donec postea sub Maximiliano I. Anno 1512. Judicium istud omninò abolitum est, cœpitque ab eò tempore vocari das verbothene Westphälische Gerichte/idque non immeritò sic factum; Nam modus procedendi antiquus in hoc Judicio ab æquitate & Justitiâ erat admodum alienus, dum non solum major pars Scabinorum erat occulta, qui per Provincias discurrentes criminosos notabant, & inferentes Judicio accusabant, probabantque ut iis mos erat; verum etiam eos, quos hominum sermo jaçtabat criminis reos, damnabant inauditos, ad furcam, aut aliam quamvis pœnam, damnatos Libro inscribebant, & junioribus Scabinis postea executionem contra omnem Rationem nimis crudeliter demandabant. *Videatur Aeneæ Sylvii Europa cap. 49. & Vitr. cit. libr. pag. m. 681. & seq.*

§. III. JUDICIUM AULICUM simul cum Imperii Origine ortum creditur, & variis temporum intervallis variè se habuit. antiquis Imperatoribus audiebat Consilium Principis. *L. 10. ff. de excus. tut. item Consistorium sacrum. L. 8. Cod. de LL.* Nostri moribus dicitur Aula Cæsarea, Kayserslicher Reichs-Hoff-Rath, *Capit. Leopold. art. 18. Kaysersl. Hoffgerichte zu Wien/*  
cujus



cujus Caput supremum est ipse Cæsar, quem proxima dignitate sequitur Præses hujus Judicii ex Ordine Principum, Comitum aut ad minimum Baronum Imperii lectus, cum Vice-Cancellario, cæterisque Senatoribus & Assessoribus, quorum numerus licet in Ordinatione Ferdinandi III. Ann. 1645. restrictus esset ad 17. postea paulatim auctus est, dum anno 1663. quamvis non computato Præsede, jam 18. essent Consilarii Aulici, tres adhuc equestris Ordinis, & JCTus unus additi sunt Assessores. Et Licet de Salario horum variè olim fuerit deliberatum, unde istud petendum esset? hodiè tamen illud à Cæsare exsolvitur, so wohl aus der Hoff-Cammer/als denen bey den Reich eingehenden Mitteln. Capit. Leop. art. 41.

§. IV. Locus autem ubi Judicium hoc exerceri debeat, nec olim, nec hodiè certus est; Sed semper sequitur Aulam Imperatoris, R. S. D. tit. 1. §. alle diese. unde in Citationibus leguntur ista verba: An unsern Käyserlichen Hoff/was Enden derselbe alsdenn seyn wird / & rectè relinquatur Cæsaris Arbitrio, num Senatium Aulicum secum ducere velit nec ne? Causæ verò omnes coram hoc Judicio possunt agitari, quæ ventilantur coram Judicio Camerae, nisi specialiter sint exemptæ, ut sunt Personæ Camerales, & Negotia ad illas spectantia, quæ Camerae Jurisdictioni subsunt. *Ordin. Cam. part. I. tit. 63. in Pr. Rec. Imp. de anno 1654. Blum. in Proc. Cam. Tit. 26. n. 12.* Unde sequitur quòd, licet Judicium Aulicum concurrentem cum Camera habeat Jurisdictionem Reichs-Hoff-Ordin. Tit. 2. §. So wollen wir etc. *Instr. Pac. Art. 3. §. 20.* non tamen Camera concurrat cum illo; Siquidem dantur Causæ quæ ad Judicium Aulicum tantum pertinent, quales sunt Causæ feudorum regalium, Confirmationes Privilegiorum, Veniæ ætatis concessio, Restitutio famæ, Causæ Criminales statuum Imperii, Causæ Italicae &c. *vid. D. Mauri. de Jud. Aul. th. 14.* de quibus aliquibus tamen adhuc hodiè controversiæ pendunt. Interea cautè dispositum est quòd hujus Collegii Assessores tam ex Pontificiis, quam Augustanæ Confessionis Fratibus misceantur, idèò, ne quis ex odio Religionis gravetur iniquis sententiis; & quamvis numero sint impares, & ex Protestantibus pauciores, quam è Pontificiis; Casu tamen eveniente semper pares esse reputantur, juxta modum in *Instr. Pac. Art. 5. §. 20. præscriptum conf. Ordin. Jud. Aul. de Anno 1654. §. wir wollen.* Quidsi Cæsar moritur, mox omnia Acta obsignantur, & interea Vicariorum Acta novo Imperatori electo transmittuntur. *Mauri. de Jud. Aul. th. 27.*



§. V. JUDICIUM ROTHWILENSE à Civitate Rothweil dictum Authorem habuit Conradum III. Imperatorem, qui Collegium hoc instituit A. 1146. hac quidem occasione: Lotharius Saxo contra istum Imperator electus erat, & Conradum in Urbe Rottvilenfi obsidione petierat; Urbs Conradum defendens, ab eò postmodum ad Imperium tranquillum accedente, Judicium hoc inter alia in signum gratitudinis accepit. *Wehn. in Voc. Rothweilische Hoffgerichte.* Id quod Maximiliani privilegio postmodum, ut ibi perpetuum sit, confirmatum est. *Dn. Rhat. in Inst. Jur. publ. L. IV. Tit. 5. §. 1.* Judex & Præses hujus Judicii est Comes de Sulz, cui ista dignitas in feudum conceditur, & eò nomine aliquid solvit in publicos Imperii Usus; Huic coordinati sunt Assessores partim ex nobilitate & equestri ordinis, partim è Senatoribus lecti, qui singuli antequam recipiantur prius à Judice debent examinari. *Danckvv. cit. L. p. m. 712.* Et quamvis hoc Judicium non universum Imperium, sed circulos saltim aliquos puta Svevicum, Franconicum Austriacum & Rhenanum, eosque tamen non integros, sed cum exemptionibus, quæ seriò debent observari *juxta §. 42. Capit. Leop. respiciat*; ejus tamen tanta potestas est, ut Jurisdictionem in Personas ejus districtus sine ullo status ac Conditionis discrimine, sive Principes, Comites, Barones, Nobiles, Civitates, sive Rustici fuerint, exerceat, modo non sint exemptæ per speciale privilegium, vel consuetudinem, præscriptionem, ordinationem, pactum, vel transactionem aliquam, quomodo eximuntur Domini Electores *Aur. Bull. tit. II. Domus Austriaca*, & Episcopus Bambergensis, aliique quos recenset Mauritius *cit. loc.* Possè tamen appellari ab hoc Judicio ad Judicium Aulicum verisimile est, cum videmus Judicium Aulicum esse superius Rottvilenfi. Cœterum de abolendo hoc Judicio aliquoties cogitarunt Status, uti apparet ex *Art. V. §. 56. Instr. Pac. Osabr.* sed quoniam hæc res gravioris momenti visa sit, & omnis mutatio maxime in Republicâ, periculosa censetur, si illam non svadet Imperii necessitas; hujus ulterior deliberatio ad tunc proxima Comitiam remittebatur, ubi tamen nihil certi adhuc statutum animadvertimus.

§. VI. Post tria secula post Conradum III. supra dictum, instituit Maximilianus I. in locum annuorum Comitiorum, alium adhuc Imperii Senatuum, quem vocabant IMPERII REGIMENTUM, constans viginti membris, eiqve præerat, vel Imperator ipse vel Comes aut Baro Imperii, tanquam Vicarius, cui accedebat Electorum aliquis, qui Decreta Regimenti subscriberet. Reliqui verò ex aliis Imperii Statibus legaban-



bantur, quos vide in der Ordnung des Regiments/ tit. von den Zwan-  
 zigigen. Potestas huic Regimento erat amplissima, quæ tamen non ex-  
 tendebatur ad causas privatas & Civiles, ut quidam volunt; Id enim  
 non convenisset fini, propter quem Collegium istud erat constitutum,  
 adeoque cæteri Imperii Ordines, quotiescunqve illud se miscere voluit  
 litibus, contradixerunt. *vid. Limn. lib. 9. cap. 4. num. 19.* imò in Comi-  
 tiis Norimbergensibus Senatui huic expressè impositum est, ut causas  
 Judiciales ad Ordinaria alia Judicia transmitteret. *Rec. Imp. zu Nürnberg  
 de anno 1529. §. Fürter soll unser Stadthalter.* Paulò post autem  
 Regimentum istud usu esse desiit, ut patet ex Reformatione des Kays-  
 serlichen Cammer-Gerichts/ de anno 1531. §. item weil das Regiment  
 gefallen. 50.

§. VII. Idem Maximilianus I. cum videret, quotidiè novas causas  
 ad Judicium Aulicum deferri, quibus decidendis illud non sufficeret,  
 præsertim cum semper sequeretur Imperatorem, nec certo aliquo loco  
 consisteret, ita ut partes litigantes magnis sumptibus atqve dispendiis  
 hoc seqvi cogerentur; constituit tandem cum consensu Statuum Anno  
 Chr. 1495. ultimo die Octobris JUDICIUM CAMERALE ut esset ex-  
 tremum Juris asyllum & supremum Justitiæ domicilium, das oberste  
 und letzte Gerichte/ à quo provocare vel appellare Partibus non licet.  
*Ordin. Cam. Part. 1. tit. 3. Part. 2. tit. 3. Part. 3. tit. 51.* Quamvis Revisio  
 certo respectu locum inveniat. *d. Ord. part. 3. tit. 53.* quæ peti debet ab  
 Electore Moguntino, vel si Moguntinus constituat partem litigantium  
 ab Electore Trevirensi. *R. A. zu Regensburg de anno 1594 §. Als uns  
 auch bey wâhrenden 2c.* Fuit autem hoc Judicium ab initio Franco-  
 furti ad Moenum, ubi & die 3. Novembr. anni prædicti in ædibus zum  
 Braunensfels dictis prima vice, & deinceps variis in locis Germaniæ ce-  
 lebratum est, usq; dum tandem in Comitii Augustanis visum est Stati-  
 bus, ut Camera Spiræ statoria & perpetua esse debeat. *R. A. zu Augspurg  
 de anno 1530. §. Darzu meynen und wollen wir 2c.* Cum autem hic lo-  
 cus incommodus appareret Statibus in ultimis Germaniæ finibus sitis,  
 sancitum est in *Instr. Pac. art. 5. §. 20.* ut proximè futuris Comitii deli-  
 beraretur de hoc judicio in commodiorem locum transferendo; Id cum  
 postea A. 1654. in Comitii Ratisbonensibus in deliberationem veniret,  
 hat man um vieler Ursachen willen solches noch nicht thuntlich befunden.  
*Rec. Imp. de A. 1654. §. Als auch bey den allgemeinen 167. Vitriar. in Inst. J.  
 publ. l. 4. t. 6. de Jud. Cam. p. 692.* His diebus admodū turbulentis Tribunal  
 istud



istud Spirense magnoperè turbatum videmus; Dum Gallia Rex Ludovicus XIV. Urbe saepe haftenus vexata, tandemqve A. 1688. vi occupatâ, imò postea ad fundamentum usque desolatâ, nec huic Collegio pepercit; sed omnia Acta & documenta Judicialia, quotquot eorum ibi reperta sunt, in prædam rapuit, ut itaqve summa Imperii necessitas urgeat, huic vulneri Justitiæ publicæ in agone constitutæ medelam afferre, & Cameram Imperii nostri in tutiori loco recondere. Salus enim Imperii, quæ sine Justitiæ Ministerio, ne quidem speranda, suprema Lex est, cui cœteræ inferiores meritò cedunt.

§. VIII. PERSONÆ penes quos est officium Cameralis Judicii, sunt præter Judicem ( qui debet esse Germanus, illustri sanguine natus, & quidè legitime, tandemq; Religionis Cathol. Romanæ, aut Reformatae. *vid. Ord. Cam. Part. 1. tit. 3. §. fin.*) quatuor Præsides, quorum duo debent esse August. Confess. præsentati ab Imperatore; hos subsequuntur Assessores Camerales numero hodiè septendecim. *Blum. ad Proc. Cam. tit. 4. n. 15. Danckwerth. c. lib. p. 686.* iiqve partim Nobiles, partim Juris doctrinâ pol- lentes, quorum aliqui præsentantur à Statibus & Circulis Imperii juxta modum in In- strum. Pacis Art. 5. §. 57. præscriptum, aut, si vacante assessurâ Status & Circuli præ- sentantes moram in præsentandò ultra sex menses, à tempore, quo quis locum vacare sciverit, computandos, faciant, à Camerae Judice & Assessoribus, quibus tali casu Jus præsentandi convenit. *Ord. Cam. Part. 1. tit. 4. §. Wo auch etc. Rec. Imp. de an. 1654. §. Diemeil aber die Ersetzung.* Cæterum Jurisdictio Cameralis se extendit ad omnes personas & res Imperii, quæ non gaudent exemptionibus aut singulari Privilegio. Quæ verò eximantur inde, tradit Danckwerth. *c. l. p. 690.*

§. IX. Ex dictis patet, omnia in Sac. Rom. Imperio optumè esse disposita, nos- que ea, quæ nobis ex Jure publico debentur, posse prosequi in Judiciis prædictis, & quamquam Jus publicum nostrum non desumi debeat ex Jure Justiniano; mutua- mur tamen Actiones ex Jure privato, easqve utiliter applicamus in Jure publico, ita quidem, ut nulla ferè sit actio Juris Civ. privati, quæ usum suum non præstet in Praxi publica: Imò quoad Processum ipsum libelli conficiuntur, partes citantur, Arresta ponuntur, exceptiones cum cautionibus feruntur, Juramenta de- & referuntur, testes producuntur, sententiæ pronunciantur, remedia contra has ponuntur, tandemqve Definitivæ cum executionibus fiunt, & observantur omnia ea, quæ ad Processum ne- cessaria sunt, prout Acta Judiciorum publicorum quotidie probant; Ejus enim rei causâ discimus leges publicas, & ideò conficiuntur, ut nos illas in foro applicemus. Ni- hil igitur deest, nisi pia vota. Tegat Numen cœlestè ut haftenus factum Laudabilis & devenerandæ Justitiæ Emporium, sacratiss. nostr. Imperium, ab omnibus Infortunii telis intactum! Servet fortissimâ manu incolumem ac saluum, invictiss. nostr. LEOPOLDUM CÆSAREM, eumq; piisq; bonisq; Consiliis adimpleat, quò EX UTRO- QUE & Legibus armatum, & armis decoratum se gerere queat, pariter & juxta Omen magni Nominis sui ( nam LEOPOLDUS per Anagramma exhibet SOLE DUPLO; item PELLO DUOS ) sole duplo coruscet, & infensissimos Tranquillitatis nostræ turbatores fortissimo Brachio propellere valeat! Curam insuper habeat Sempiternam Sereniss. Collegii ELECTORALIS, & cœterorum Imperii Statuum! Sic floreat Res publica, nostra salva, facta, tecta, cui post DEUM Ter Opt. Max. & mea hæc studia decenter commendo.



quiv  
tur  
Libe  
te R  
ti fu  
rem  
peri  
Reg  
de r  
Pac  
ca, l  
est l  
  
tunc  
doti  
rum  
cia, l  
Got  
gula  
nei,  
tant  
Adi  
rum  
Sch  
mit  
adh  
res  
de  
l. R  
tran  
me



ocatis; Vel enim sumi-  
nes Homines aut sunt  
ar. Vel  $\beta$ ) pro qualita-  
Rem vel in hoc præsen-  
tinum aut aliàs melio-  
câ; sic Proceres in Im-  
quod simul de negotiis  
LLS oder die Reichsständ-  
udeant Art. 8. Instrum.  
itu & Formâ Reipubli-  
rrupta. Quæ acceptio  
  
omanorum præsertim  
Sacris nimirum, Sacer-  
fustit. & Jur. sub qua-  
rincipem, Leges, Judi-  
t. Juxta not. marginal.  
Quæ omnia ferè & sin-  
bris Codicis Justinia-  
salutatur. Ibi enim ex-  
publicæ, de Reipublicæ  
tris Sacrorum Scrinio-  
s, Decanis, Privilegiis  
line recensere non ad-  
ò Imperium nostrum  
Ratio, quod Imperato-  
tropolin habuerint, in-  
nis Patria salutabatur.  
teà verò Imperiali sede  
nam Austria hoc no-  
Hist. Jur. p. 86.  
  
§. VII.

